Dom. Prof. Rom. Soc. Iesu

BIBLIOTHECA CARTUSIANA,

Siue,

ILLUSTRIUM SACRI CARTUSIENSIS ORDINIS SCRIPTORUM CATALOGUS.

Auctore F. THEODORO PETREIO, *eiusdem apud Vbios familiæ professo.*

ACCESSERUNT ORIGINES omniũ per Orbem CARTUSIARUM, quas eruendo publicauit

Reuer. D. AUBERTUS MIRAEUS, *Antuerpiensis Ecclesiæ Scolarcha.*

PERMISSU SUPERIORUM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

COLONIAE,
Apud Antonium Hieratum.
ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google

Ex cap. XXVIII. *antiquorum Statutorum* D. GVIGONIS. §. 4.

Quot libros ſcribimus, tot nobis veritatis præcones facere videmur: ſperantes à Domino mercedem pro omnibus, qui per eos vel ab errore correcti fuerint, vel in CATHOLICAE fidei veritate profecerint.

Danielis XX. *verſ.* III.

Qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Digitized by Google

BEATISSIMO PATRI

D. BRVNONI,

CARTVSIANI INSTITV-TI PATRIARCHAE PERQVAM eximio, BIBLIOTHECAM hanc suam, suaque omnia demisso animi affectu AVCTOR offert, dedicat-que.

ANNVS *iam voluitur tertius supra vicesimum, Beatissime* PATER, *quando adolescentulus ego & contemptus, imò propemodum puer, sacræ tuæ militiæ signa secutus, solitariæ me vitæ palestræ tyro inexpertus libens volensque cœpi accingere. Iam enim tum partim auditione, partim piorum lectione librorum perceperam, primarij nominis Anachoretas eandem olim in teneræ ætatis flore fuisse auspicatos: vt nimirum posthabitis rerum mundanarum illecebris, quæ sunt non tantùm fallaces, quia dubiæ; verum etiam insidiosæ, quia dulces, ad vexillum crucis alacres conuolarent.*

Ex quorum numero ſciebam comprimis fuiſſe ſanctiſsimum CHRISTI *præcurſorem Baptiſtam Ioannem, Paulum ac Hilarionem, Anthonium Magnum, & Theodorum illum Siceotam, aliosq́ complures, qui vix pubertatis annos prætergreſsi, horrida tamen vaſtæ ſolitudinis loca auidè expetiêre, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſent. Et quidem de illo quo inter natos mulierũ nemo vitæ ſanctimonia maior ſurrexit, hunc in modum ſacer ait Hieronymus;* Sanctus IOANNES BAPTISTA ſanctam habuit matrem, Pontificiſq́ue filius erat: & tamẽ nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentũ cum periculo viueret caſtitatis. Viuebat in heremo (*hanc ſiquidem ſeptennis eſt ingreſſus*) & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere. Veſtis aſpera, zona pellicea, cibus locuſtæ, melq́; ſilueſtre. *Cuius ſanctiſsimæ vitæ normam alij deinde, quos ſuperius enumeraui conſecuti, rigidum carni bellum indixêre. Quænam enim illic cũ nequiſsimo humani gene-*

Epiſt. 4. ad Ruſt. cap. 2. in fine.

generis hoste prælia miscuerint, quàm periculosam belli aleam sustinuerint, quas denique inauditas cacodæmonum insidias, mundiqúe fraudes ibidem sint experti, horret meminisse animus.

DE B. *siquidem Paulo, annorum quindecim adolescente, quomodo in medio ætatis decursu vitam trãsegerit, quasve Sathanæ insidias pertulerit, nulli compertum esse mortalium, idem Hieronymus asserit. Qui deinde D. Hilarionis (erat & ipse ætatis planè eiusdem cùm heremum peteret) res gestas eleganti orationis genere prosequens, fatetur varijs eum diabolicæ nequitiæ portentis die noctuqúe exagitatum fuisse: adeo vt eum modò balatu pecorum, modò boum mugitu, quandoque mulierum planctu, nonnunquam puerorum vagitu, imò & leonum rugitu, & vulpecularum ganuitu sæpe numero insigniter sit ludificatus.* Quoties *enim* illi nudæ, *inquit*, mulieres cubãti, quoties largissimæ apparuêre dapes?

PORRÒ *ipsimet Hieronymo sanctissimam in solitudine vitam transigenti, quid euenerit, quidve aduersitatis acciderit,*

Digitized by Google

derit, norunt hi, qui elegantem illam quæ ad Eustochiũ de Virginitatis custodia *extat epistola, perlustrarũt: utpotè cui* sacco horrebãt membra deformia, & squalida cutis AEthiopicæ carnis sitũ obduxerat. *Erat siquidem in vasta illa solitudine cõstitutus; quæ exusta Solis ardoribus, horridum monachis præstabat commorãdi domiciliũ. Vnde* quotidiè lachrymæ, quotidiè gemitus. *Et si quando repugnantem somnus imminẽs oppreßisset, nuda vix ossa humo hærentia collidebat. Sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cernebat, illic orationis suæ locum deligebat; illic miserrimæ illud carnis suæ ergastulum, uti ipse vocat, fessus viator reponebat. Et hæc quidem ille.*

Epist. 22. cap. 12.

TV *vero, mi Sanctißime* PATER *(liceat oro paterno te compellare nomine; qui tam parum ea quæ boni sunt filij, exequor) in quanta vitæ austeritate horrendos illos Sabaudicarum alpium scopulos, in cælum vsque rigentes, ac deinde etiam remotißimam Calabriæ heremum incolueris, quidue ibi difficultatis*

tatis

tatis sis perpessus, quaue dæmonum prælia expertus, tute ipse melius nosti. Quippe, qui in tentatione probatus, ac fidelis inuentus, iam amplissima meritorum tuorum præmia victor in cælis, toto Diuorum cætu adplaudente consecutus es.

TV *etenim contempto nobilissimo generis tui stemmate, neglectis amicorum affectibus, calcatis mundi opibus, spretis honoribus, vt* CHRISTVM *nudum nudus sequerere, ad trophæum crucis, senis comitatus socijs, strenuus miles aduolasti, Romanæq; Vrbis delicijs, quibus apud* VRBANVM *nominis eius* II. *liberè potiri licebat, vastissimæ solitudinis horrorem anteposuisti, ac saccum ciliciumq; amplissimo Rheginensis Ecclesiæ Pontificatui prætulisti, quò ab omni vitiorum næuo immunem* DEO *animam offerres, vincens nimirum* sicut oliua fructifera in domo DEI. *Psal. 51. 10.*

CVIVS *idcircò pietissimo interuentu propitium nobis diuinæ Maiestatis numẽ supplices deposcimus,* TIBIQVE *hanc illustriũ sanctissimi* TVI *Ordinis*

Scriptorũ BIBLIOTHECAM, *demissè offerimus, ac dicamus: illudq́; summis imisqúe precibus obsecramus, vt quotquot vel è tuorum numero literarum monumentis clari hîc à me recensentur, vel alibi passim tuis sub signis cum mundo, dæmone ac carne strenuè decertant, singularem diuini numinis gratiam, eximiumq́; aliquod animi robur aduersus tartareum illum Gigantem, sanctissimarum precum tuarum subsidio cõsecuti, nullis tentationum procellis obruantur, prosternanturq́;. Arcta quippe est semita castitatis, strictus trames humilitatis, ieiunio carnẽ edomare, ac spiritui subiugare, difficile: sathanæ insidias illæso pertransire calle, rarum: noxiarum verò cogitationum illecebris non aliquando sollicitari, Angelicum potius, quàm humanum. Subrepit enim nõnunquam inopinatè auaritiæ cupiditas, & vendicat in me sibi sedem, iactantia cupit dominari mihi, superbia vult mihi esse rex; luxuria dicit,* ego regnabo; *ambitio, detractio, inuidia, & iracũdia certant in me ipso de me ipso, cuius ego potissimum esse videar.*

D. Bern. ho. 4. super Missus.

dear. Ego autem quantum valeo resisto, renitor quantū iuuor, Dominum meū IESVM *reclamo, ipsi me defendo, quia ipsius me iuris agnosco. Ipsum mihi Deū, ipsum mihi Dominum teneo, & dico,* non habeo regem nisi Dominū IESVM. *Veni ergo Domine, disperge illos in veritate tua, & regnabis in me; quia* tu es ipse rex meus, & DEVS meus, qui mandas salutes Iacob, *tu es*, qui doces manus meas ad pręliū, & digitos meos ad bellum. *Respice ergo iam nunc Domine* IESV *de cœlo, & vide, & visita vineam istam* CARTVSIANAM, *quam per famulum tuum* B. BRVNONEM, *quem vt patrem in terris colimus, plantauit dextera tua; vt inebriati ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potati, cùm vitæ finis aduenerit, ad* TE *qui via, veritas, & vita es, peruenire mereamur.* TV *namque es qui renunciantibus seculo, mansiones paras in cœlo: vnde immensam clementiam tuam humiliter imploramus, vt intercedente* B. BRVNONE *Confessore tuo, vota quæ profitendo fecimus fideliter implere, & ad*

Psal. 43. 5.
Psal. 143. 1.
Psal. 79. 16.

ea quæ perseuerantibus in te dignatus es promittere, valeamus salubriter peruenire, Qui viuis & regnas cum DEO *Patre in vnitate Spiritus sancti* DEVS *per omnia secula seculorum.* AMEN.

LICENTIA REVERENDI PA- TRIS GENERALIS, *auctori data.*

PErstate alacriter in hoc glorioso iuuãdę Ecclesię studio. Quod vt faciatis, GENERALEM vobis LICENTIAM damus edendi in lucem cætera quæ excudetis opuscula. Cartusiæ anno M.D.CIII.IV.Iunij.

Frater BRVNO,
Prior Cartusiæ.

IDEM.

PLacet nobis, dilecte fili, pium vestrum, & assiduum in scribendo studium. Quod & laudamus, vosque studiosè ad pergendum in illa propensa de re christiana benè merendi voluntate, hortamur. Anno M.DC.IV.

APPRO-

APPROBATIO CENSORIS.

ET ego GHISBERTVS SPECHTIVS, SS. Theologiæ Magiſter, Apoſtolicæ Sedis INQVISITOR, & PRIOR Colon. Ordinis S. DOMINICI, facultatem concedo, vt CARTVSIANA hæc BIBLIOTHECA, à Ven. Patre THEODORO PETREIO elaborata, bonis auibus in lucem eat. Quippe in qua nihil non Catholicum, nihil non honeſtis moribus conſentaneum reperitur. Ex Conuentu noſtro Colonienſi anno M. DC. Kalendis Decembris.

Ita atteſtor ego qui ſupra manu propriâ.

ELO-

ELOGIA ALIQVOT INSIGNIA PRAESTANTISSImorum quorundam virorum, qui vel vitæ ſanctimonia, vel eruditionis laude celebres, literarum ſuarum monumentis ORDINEM CARTVSIENSEM commendarunt.

D. BERNARDVS ABBAS Claræuallenſis.

I.
Obijt anno Dom. M.C. LIII.

N*Olite negligere, nolite tardare, grandis enim vobis reſtat via. Altiſſima eſt enim profeſſio veſtra, cœlos tranſit, par Angelis eſt,* ANGELICAE SIMILIS PVRITATI. *Non enim ſolum vouiſtis omnem ſanctitatem, ſed omnis ſanctitatis perfectionem, & omnis conſummationis finem.* Epiſtola ad fratres montis Dei, ſeu Cartuſienſes, de vita ſolitaria.

Idem epiſt. XI. ad Cartuſienſes, & Guigonem Priorem.

Veſtra illa ſuccenſa, & ſuccedens ſalutatio ſic mihi, vt verum fatear, accepta fuit, & eſt; quaſi non ab homine, ſed certiſſimè ab illo qui mandat ſalutes Iacob, deſcendere videretur. &c. Feſtiuus erit mihi ille ducendus dies, & memo-

memoriale sempiternum, in quo virum illum videre, ac suscipere merui, per quem factũ est, vt in cordibus vestris ego reciperer.

Idem epist. C.LIV. ad Bernardum, Priorem Cartusiæ Portarum.

Memor antiquæ meæ promissionis, propositum habui & desiderium magnum transire per vos: reuisere quos diligit anima mea, itineri meo solatium, laboribus leuamen, peccatis remedium postulare; sed culpis meis exigentibus factum est vt non nollem, sed vt non possem. Interim & tuas, & per te SANCTORVM CVM QVIBVS ES, *orationes supplex efflagito.*

---

* GANFRIDVS MONACHVS Claræuallensis, B. Bernardi quondam Notarius.

* *alias Gofridus vel Godefridus.*

II.

Diuus Bern. deuotionis ergo Cartusianos reuerẽter inuisit.

Cùm iam Dei famulus (BERNARDVS) *annos aliquot in Claraualle peregisset, subijt animum eius, vt S. Hugonem Gratianopolitanum Episcopum, &* CARTVSIENSES *fratres deuotionis caussa inuiseret. In* CARTVSIA *namque à viro reuerendissimo* GVIGONE *Priore, & à ceteris fratribus insigni animi affectu, magnaqúe veneratione susceptus est. & cæt.* lib. 3. vitæ D. Bernardi, cap. 1. in fine.

PE-

Floruit temporibus D. Bernardi.

III.

PETRVS CLVNIACENSIS, cognomento *Venerabilis.*

CARTVSIENSIS *Ordinis & propositi instituta quantum dilexerim, quantum diligam, quantum veneratus sim, quantum amplectar, nouerunt multi. Ego verò magis,* DEVS *autem maximè. Nam si mens mea me non fallit, si conscientia mihi quod verum est attestatur, si tandem vera est sententia diuina, quæ dicit:* Nemo nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est; *agnosco me* CARTVSIENSIVM *à triginta iam ferè annis, hoc est, etiam antequam praeesse* (vniuerso Cluniacensi Ordini) *inciperem*, PRAE CVNCTIS PENE MORTALIBVS AMASSE RELIGIONEM, *coluisse sinceritatē, amplexum esse veritatem.* Lib. 6. epist. 14. ad Eugenium Papam.

1. Cor. 2.

Et lib. VI. Epist. XXV. ad Priorem Cartus. Maioreuicensis.

Semper supremā pectoris mei arcē VOBIS, *vestrique Ordinis viris seruaui:* INSTITVTA CARTVSIENSIA VNIVERSARVM RELIGIONVM INSTITVTIONIBVS PRAETVLI: *à primis penè adolescētiæ annis sincero affectu sacrum religionis vestræ propositum colui. Vnde quando vacare potuit, quædam antiquiora vestri Ordinis loca adire frequenter non pigritaui, inaccessibiles penè niuibus,*

Digitized by Google

bus, & à glacie altißimas rupes non abhorrui. Fratres inter illas montium & rupium angustias Omnipotenti Domino seruientes videre, visitare, atque cum eis in Domino iucũdari, dulce habui.

Idem libro II. miraculorum, capite XXVIII.

Seruatur in Burgundiæ partibus inter omnes Europæ nostræ monastici Ordinis professiones professio quædam, multis alijs eiusdem propositi SANCTIOR *&* CAVTIOR; *instituta nostro tempore à quibusdam Patribus magnis,* DOCTIS, *&* SANCTIS, *Magistro* BRVNONE *Coloniensi, M. Lauduino Italico, ac quibusdam alijs verè* MAGNIS, AC DEVM TIMENTIBVS VIRIS. *Qui quorundam antiquorum Monachorum tepiditate, negligẽtia, ac desidia prædocti; seculo abrenunciare volentes, cautius sibi suisquẽ in via* DEI *sectatoribus, consuluerunt; & vigilanti oculo Ordinem contra omnes penè Sathanæ insidias circumspectum instituerunt, & cæt.*

NICOLAVS MONACHVS Suessionensis, qui vixit circa annum Domini. MC.XX.

IV.

Reperitur illius vita Tom. 6. Surij. 8. Nou.

P*Erpendens autem vir prudens (B.* GODEFRIDVS, *Ambianẽsis Antistes,* qui

anno

anno M.C.XVIII. sanctissimè in Domino obdormiuit) *quàm molestum, atq; adeò intolerabile sit, tot secularium tumultuum perferre tempestates, vbi comperit praeclaram seruorum Dei famam, qui in* CARTVSIA *non longè à Gratianopoli degebant, relictis omnibus,* illo igne quem Dominus IESVS misit in terram, *suauiter ardens, eò celeriùs profectus est, vt quietius vni* DEO *vacaret. Praeerat tunc Cartusiae* GVIGO, *vir egregiè doctus, & vitae integritate conspicuus, omnium ore praedicandus. Separatim autem degunt singuli, in domicilijs, quae* Cellas *vocant, ad Ecclesiam certis horis pariter conueniunt, inde taciti redeunt ad cellas suas: ad nudam carnem asperis induuntur cilicijs, quarta & sexta ferijs pane & aqua victitant: diuinae contemplationi adeo adhaerent, vt iure possint cum Apostolo dicere.* Nostra autem conuersatio in coelis est, ILLORVMQVE PRECIBVS, ET SANCTORVM MERITIS, MVNDVS CONSTARE VIDEATVR. *Sed de eorum excellenti, meritoq; ab omnibus praedicanda conuersatione, alijs plura dicenda relinquimus.* Lib.3. vitae S.Godefridi, cap.8.

Contulit se ad Maiorem Cartusiam, vt relicto Episcopatu Monachum induat.
Luc.12.
Instituta Cartusianorum.
Philip.3.

Ibidem lib. III. cap. XXIII.

Rursus B. GODEFRIDVS *meditatur fugā, rursus latebras inquirit, rursus iuuat adire mōtes* CARTVSIAE. *Is enim locus eius animo maxi-*

Iterum circa vitae finem cupit B.Godefridus a-

maximè sedebat. Nam de quodam CARTVSIAE *fratre praeclarum quiddam & memorabile referre solebat, quod toto triennio nunquā quacunque pressus necessitate, manu verenda attingere voluerit: adeo castitatis fuit eximius cultor.*

pud Cartusianos commorari, atq; inter eos emori.
Nota insignē castitatem cuiusdam Cartusiani.

PETRVS BLESENSIS ARCHIDIACONVS Bathoniensis.

V.
Obijt circa annum Dñ. M.CC.

C*Vr* SANCTVM, *& gloriosa opinionis Ordinem* CARTVSIENSEM *praeuaricando deprauas? Si attendas domum* CARTVSIENSEM, *quā relinquere desideras, consideres vnde venias, aut quo vadas. Hierusalem pro Babylone, terram promissionis pro Aegypto, pro exilio patriam, caelum pro inferno, quietem & pacē pro labore & miseria derelinquis. Domus siquidem Cartusiensis, & locus habitationis illius situs est in montibus, & scopulis, & in petris,* VT SIT POTIVS HABITATIO ANGELORVM, QVAM HOMINVM. Epist. 86. ad M. Alexandrum Monachū Cartus.

B. ANTHONINVS ARCHIpraesul Florentinus, qui sanctissimè vitam finiuit an. M.CCCC.LIX.

VI.

C*Ertè valde venerabilis est ista religio* CARTVSIANA, *quae vsque in praesentem diem seruat rigorem suarum obseruātiarū*

** per

per annos circiter quadringentos. Austera siquidem est in multis: in abstinentia quidem, quia prolixa ieiunia, & sextis omnibus ferijs in pane & aqua: ab esu carnium semper abstinet, etiam in grauissima infirmitate. Parte 2. hist. Tit. 15. cap. 22. § 2.

Ad superos migrauit circa an. Dom. M.CCCC. LXXI.

VII.

THOMAS CAMPENSIS, COgnomento *Malleolus*, cap. IV. vitæ Gerardi Magni.

EO tempore mundi status in maligno videbatur vndique positus: ita vt pauci essent qui verbum vitæ moribus ac vocibus prædicarent; pauciores verò qui continentiam sectarentur; & quod dolendum erat, nomen sanctæ religionis, & status deuotionis præ inopia spiritus, à Patrum praecedentium vestigijs nimium claudicabat. Apud CARTVSIENSES VERO LVX VITAE COELESTIS *remansit occultò, & carnalibus videbatur satis austera: erat tamen* DEO GRATISSIMA, *& spiritu feruentibus optabilis atque iucunda.*

Vixit anno M.D.

VIII.

IOANNES MAVBVRNVS, LIVRIACENSIS Monasterij Abbas, in SPECVLO EXERCITIORVM spiritualium, quod ROSETVM nuncupauit.

SI in singulis domibus per singulos annos in visitatione, excessus tàm in capitibus, quàm in membris ritè corrigerentur; non tanti defe-

ctus & scandala, aut dissolutiones suborirentur. Impunitas namque excessuum, incentiuum præstat, & ausum vitiorum. Patet istud in SACRA CARTVSIENSIVM RELIGIONE, QVAE MAXIMAE STETISSE INVENITVR PRAETER CAETERAS RELIGIONES, ob strenuam, vt fertur, Visitationum, obseruantiam iuxta illud:

Per tria, sil. sol. vi, Cartusia pmanet in vi. Hæc Mauburnus Tit. 2. alpha. 8. §. 3. in fine.

Nempe per silentium, solitudinem, & Superiorum visitationem.

IDEM §. VI.

Ideo nonnulli Religiosorum Ordines præ cæteris deformius ruerunt, quod non satis se inter limites continentiæ & abstinentiæ continuerunt. A qua euagatione quia CELEBRATISSIMVS ILLE se ORDO CARTVSIENSIS, & reliquis occasionibus sibi præcauit, idcirco adhuc in primitiuo suo flore quotidiè efflorescit.

ALANVS DE RVPE, DOMINIcanus, qui obijt Suollæ in Monasterio Ordinis sui, anno M. CCCC. LXIV.

IX. Duodecim insignes prærogatiuæ Ordinis Cartus.

GAude, & lætare ô religio CARTVSIANA.

1. Tu enim sacrosancta Romanæ Ecclesiæ filia es prædilecta.
2. Tu pretiosissimis priuilegiorum monilibus per eandem matrem præfulges exornata.

3. TVA TEMPORE PRIMAE NATIVITATIS TVAE, NVNQVAM MACVLAM IN GLORIAM TVAM PER DEFORMITATEM NOSCERIS DEDISSE.

4. *Tu de fonte purißima veritatis diuinarum laudum carmina immediatè, & immutabiliter semper & potasti, & conseruasti.*

5. *Tu animabus defunctorum largißimas tuas eleemosynas singulis horis in orationibus tuis non desinis impartiri.*

6. *Tu integrum Vetus & Nouum Testamentũ singulis annis per Ordinem auribus filiorum tuorum inculcare dulciter non cessas.*

7. *Tu in semitis naturæ, quæ non deficit in necessarijs, nec abundat in superfluis, indefeßè incedis.*

3. *Tu ostiolum tuum ne pedes mulierum illud terant, cautè præseruas.*

9. *Tu fidem pudicitiæ per iugem inclusionem immaculatam gaudes conseruare.*

10. *Tu thesaurum pretiosum* PAVPERTATIS *cum cæteris essentialibus religionum inuiolabiliter obseruare comprobaris.*

11. *Tu tam in capite quã in membris æqualiter & rationabiliter omnia necessaria distribuere non cessas, sine personarũ acceptione.*

12. *Tu propter altißimi Creatoris tui amorem, esui carnium perpetuò abrenunciasti.*

13. *Tu asperitate vestium ciliciorum, ob amorẽ passionis Christi, incessanter affligi non recusas.*

14. Tu

14. *Tu vigilijs, ieiunijs, orationibus, carnem tuam mortificare suis cum concupiscentijs non refugis.*
15. *Tu in silentio, quiete, & solitudine cellæ, Creatori tuo cubiculum cordis tui per dulces meditationes præparare delectaris.*
16. *Tu euagandi materiam per seculum ob arctiorem tui custodiam, stabilitatis voto strictius tuis interdixisti.*
17. *Tibi è cella in cœlum facilis patebit ingressus, dummodò iurium cellæ diligens fueris obseruatrix.*

Hæc Alanus libro de vtilitate Psalterij B. Virginis Mariæ.

SEBASTIANVS BRANT, ARgentinensis, V.I.D. ac professor.

IX.

Spiritus sancti mihi gratiam da,
Summe cœlorum moderator ô Rex,
Ordinis laudes valeam sonare
Cartusiani.

Ecquis ad vitam leuius beatam
Quisue securè citiusue tendit:
Tutius quisnam sua fata anhelat,
Cartusiano.

BRVNO *tu felix meritò fereris,*
Qui viam latam fugiens sinistra,
Arripis dextram, prior atque factus
Cartusianus.

Spernis hæc mundi, bona quæ putantur,

Digitized by Google

Præteris cleri tumidos honores,
Quos queas plures habuisse, factus
Cartusianus.

Tu sacri iuris furias peritus,
Paginæ sanctæ docilis Magister,
Charus & multis nihil ista perdis
Cartusianus.

Inter anfractus, dubiasque mundi
Semitas, arctam peregre capessis,
Et viam certam proprie insecutus
Cartusianus.

Addo quod Papam, variasque pompas
Curiæ temnens, Calabros adisti,
Hos doces normam, struiturque turris
Cartusiana.

Nullus obstabat labor aut grauamen,
Quò minus semen iaceret salutis
Corda fecundans, bonus iste miles
Cartusianus.

BRVNO *tum demum venerande claudis*
Vltimam vitæ peragisque metam,
Pace transmigrans superas ad aulas
Cartusianus.

Regulam linquis satis eminentem
Patribus multis placidam sacratis,
Pontifex summus probat & decorat
Cartusianos.

Arce nec celsa potuit latere
Ciuitas, lumen modio tegi, nec
Crescit & paßim procul, auctus ordo
Cartusianus.

Digitized by Google

Non rigor quondam Schitiæ aut Canopi
Accolis maior, Nitriæue montis,
Quam seruent casti modo, sobrijq;
Cartusiani.

Hactenus nunquam fluuio perenni
Deserit fontis veteris saporem,
Degener nunquam fuit ordo visus
Cartusianus.

Vos odor Christi bonus, aggregatus
Ex cenobitis & anachoretis,
Planè Baptistam, tamen æmulantes
Cartusiani.

Mundus haud dignus fuit, vt teneret
Abditos cellis eremum colentes,
Pellibus cunctos capreis, melotis
Cartusianos.

Lugeant quamuis spatio momenti,
Et licet semen iaciant gementes,
Attamen læti veniunt maniplis
Cartusiani.

Inclitos fructus parit & suaues
Arbor, hanc vitem probat hortulanus,
Palmites quæ fert viridantis vuæ
Cartusiano.

Sabbatha & fœdus domini tenetis,
Estis Eunuchi, domini volentes,
In domo vobis locus est herili
Cartusiani.

Vnicus tecti tugurijq; custos

 Perui-

Digitized by Google

Peruigil passer, meditans columba
Et pelicanus, eremi colonus

Cartusianus.

Tuitur ô Christi speciose, marens
Tu genus sponso viduate charo,
Fronde non curas viridi cubare

Cartusiane.

Respuis quicquid iubeat voluptas,
Balneum vitas, teneros amictus,
Carnibus vesci fugis, abstinendo

Cartusiane.

Ipse non quaeris hominum diem, nec
Arrogas laudes populi caducas,
Gloriae spernis stimulos inanes,

Cartusiane.

Vnius flocci, patriam, parentes,
Liberos, fratres, facit & sorores,
Atque fortunae bona cuncta temnit.

Cartusianus.

Seculi sordes fugit & prophanat,
Et suam vitam, nihil ista curat,
Dulce nil Christo sine, nil amoenum

Cartusiano.

Qui iugum latus teneris ab annis
Pertulit, solus sedet, & tacebit.
Se super gaudet fore se leuatum.

Cartusianus.

Veste procedit cito nuptiali
Obuiam sponso, manibus nitentes

Lampa-

Digitized by Google

Lampades gestans, oleo decoras
Cartusianus.

Excubat longas meditatur horas,
Crastinæ nullus labor est diei,
Quidve manducet, bibet aut fruatur
Cartusianus.

Insuper carnem violat domando,
Incolant cellas, vigilant, precantur,
Abstinent, corpus macerant flagellis.
Cartusiani.

Vnius iussum tolerant Prioris,
Quicquid hic mandat peragunt volentes,
Præcipit si quid grauius, facescunt
Cartusiani.

Rarior casus facilè inde surgunt,
Paruulos petræ, propriè atterendo
Baltheo lumbos, Veneremq; stringunt,
Cartusiani.

Id quod elongans facit hoc subire,
Claustra deserti fugiunt, manentes
Milites Christi, lachrymis vacando
Cartusiani.

Optimus vitæ modus, & probatus
Iure diceris, vtinam misello
Spes sit atletam fore me palestræ
Cartusianæ.

Sint licet plures populo ferentes
Pabulum, pauci faciunt, sed eheu
Quæ docent solus opere, iste monstrat
Cartusianus.

Digitized by Google

Rectè fœlicem penitus beatum,
Terq; perfectum, sine labe dicam,
Iam vale nostri memor Ordo sancte
Cartusiane.

IOANNES MVRMELLIVS, Ruræmundanus, obijt Dauentriæ an. Dñi M. D. XVII. Octob. II.

XI. *AGrippinensi* BRVNO *qui natus in Vrbe*
Dicitur, est dignus quolibet ore cani.
Nostra sed illius longè virtutibus impar,
Non audet Clio pondere pressa loqui.
Ille sacris multum versatus in artibus olim,
Parrhisiis celebri nomine clarus erat.
At postquam tristis didicit miracula casus,
Continuò mundi gaudia destituit.
Assumens comites, hominum consortia vitans,
In loca secessit non habitata prius.
Illic constituit sacras fœliciter ædes,
Viuendiq; nouum cœpit obire genus.
Imposuitq; suis æterna silentia claustris,
Nocturnis operans inuigilansq; sacris.
Hæc ab Apostolicâ mox Maiestate probata,
Vndiq; discipulos traxit in astra via.
Inclyta mirificas poscit CARTVSIA *laudes,*
Et quæcunq; Deo est inde sacrata domus.
Hîc melici resonant cantus, hîc mystica sacra,
Hîc pietas floret, ignea corda micant.
Absunt deliciæ, procul illecebrosa voluptas,
Fœminei vultus, blanditiæq; procul.

Ordo Cartus. à Sede Apostolica approbatus.

Et

Digitized by Google

Et procul infesti contagio noxia mundi,
Allicit hic oculos præter honesta nihil.
Fœlix qui tali vita mercaris Olympum,
CARTVSIANE *sacri fama decusq; chori.*

HENRICVS GLAREANVS, natione Heluetius, Poeta Laureatus, vixit tempore Caroli V. XII.

Floruit in Heluetia anno 1540.

HVgo erat Allobrogis benè dignus Episcopus o-
Candidior quo nō vnus & alter erat. (ris,
Viderat hic septem (dictu mirabile) stellas,
In nemora excelsi verticis ire palam.
Somnium erat, taliq; viam sibi calle parari
Coniicit ad cœlum stelligerasq; domos.
Hūc adiit BRVNO *sociis comitantib⁹, hisce &*
Quid veniant paucis commonet ipse modis;
Inclyte fortè tuas Præsul peruenit ad aures,
Quis modo Parrhisiâ venerit Vrbe pauor.
Is nos hinc aliò vertit, valediximus Orbi,
Vrgemur tacito hūc numine ferre pedem.
Obstupuit Præsul, tacitæ præsagia mentis,
Concutiunt totum pectus adusque virum:
Fœlices animæ dixit, fœlicia certè
Tempora, quæ nostris vos tenuere locis.
Ite inquam, ite, viam vestro disponite fratri,
Quod petitis ratum est, quodq; petetis erit.
En sequar ipse ego vos, manibusq; opibusq; iuua-
Immemorem nostri non sinet vlla dies. (bo,
Illi abeunt, loca fœda situ, squallentia muco
Tesqua vident, rabidis vix habitanda feris.

HVGO

Digitized by Google

HVGO *subit, dignãq; Viris instruxit heremũ.*
Et modico immensum tempore creuit opus.
Tandemq; ipse suos mundo commisit honores,
Rupibus his vixit, montibus hisce manet.
Hi primi tanta sunt Relligionis alumni,
Hac fluit historia CARTVSIANA, *Vale.*

THOMAS BOZIVS LIBRO XXII. de signis Eccles. cap.3. signo XXXV.

XIII. *Viuit nostra hac ætate.*

S*Olitarij quidam cœtus, auctore* B. BRVNONE, *excitati sunt sub an.1084. Quanta verò sit istorum laus, è quinq; perspici potest, &c.* BRVNO *itaq; Coloniensis, vir cœlo delapsus, cœtus hominũ talium primus ab orbe condito est ausus instituere, maxima Germanica nobilitatis laude: vt essent scilicet, qui ab omnibus terrenis rebus omninò abstracti, toti rerum diuinarum contemplatione & obtutu defigerentur.*

IDEM, ibidem.

Iure attribui posse videtur CARTVSIANORVM *familijs, quod nunquam sic eorum mores à primæua institutione sunt collapsi, vt eorum leges in deteriorem faciem, nedum viuendi normam, sint immutata. Quod multis Ordinibus non ita contigit, qui longè ab antiqua puritate, vel saltem vita aucteritate, visi sunt deflexisse.*

ANTO-

Digitized by Google

ANTONIVS POSSEVINVS, Societ. IESV Theologus, in Bibliotheca sua selecta.

XIV.

CARTVSIANI *velut nouæ cohortes prodierunt in campum, & animas plurimorum è laqueis diaboli in sanctã Domini libertatem vel* VITA *&* VOCE, *vel* ASSIDVA *ad* DEVM ORATIONE, *adseruarunt.* Lib. v. cap. LIII. pag. CCXXX. ex vltima Coloniensi editione apud Gymnicum.

Habes ergo iam hîc, amice Lector, quatuordecim grauissimorum Auctorum, de Ordinis CARTVSIENSIS *integritate, vitaq; sanctitate, testimonia. Quorum equidem cum nullus nostri fuerit instituti, hinc eò minus existimandum est, tales tantosq; probatæ fidei Scriptores, priuato voluisse indulgere affectui, Ordinemq; hunc nostrum plus æquo commendare. Neq; verò hîc omnes percensere fuit animus, qui benè ac laudabiliter de Cartusiano Ordine ante cõplures annos scripserunt, sed è pluribus paucos in medium saltem producere. Alioquin enim nullatenus mihi omittendi fuissent Ioãnes Gerson, Petrus de Aliaco, Franciscus Petrarcha, Arnoldus Bostius, Ioannes Trithemius, atque id genus alij: quos tamen breuitatis caussa sciens volensque missos feci.*

BIBLIO-

Digitized by Google

BIBLIOTHECAE CARTVSIANAE
R. P. THEODORI PETREI, CAMPENsis, Cartusiæ Coloniensis professi, amoris ergo accinebat

REINERVS ORIVS, PHILOSOPHIAE Doctor, ac SS. Theolog. apud Maguntinos, &c.

Ergo iam in scena rursum doctrina refulget,
Ergo sacræ Sophico Patres sudore, decora
Lumina Cartusiæ, simul in systemate plausus
Excipiunt vno, Spolijs victricia dudum
Tempora promeritis turgent, redit enthea virtus
Sera laborata ridens obliuia vitæ.
Nimirum haud vigiles passi torpescere mentes,
Quæ latij celebrat, quæ gloria clara Pelasgi
Fluminis edocti, quis non sua dona profundens
Ipsam diuinis vt dotibus ambit Olympum
Sic pleno irradiat iam terris lumine? Penna
Hic æruginei damnata opprobria sæcli
Deterit, aut atris errorum moribus vmbram
Obductam pulchro virtutis sole serenat:
Ille Stagyrei pandens reserata fluenti
Ostia, quæ in sacra tractantur cunq; palæstra,
Discutit argutè: diuina hic arte repostos
Bibliacis sensus libris & dicta reuelat:
Clarum alium historicum fert fama per ora, per oras,
Seu quæras, quos cæca iocos Fortuna grauesq;
Lusit in Orbe vices, seu quantos fortiter hoste
Euicto, mauis, superûm, retulere triumphos,
Agmina, quave via pulchrum penetrare per astra.
Cætera quis fandi torrens exæquet? inane
Quid tantis metrum sudo, quæ mole fatigant

Grandi

Grandi animos grandes? Tuus hic Theodore relucens
Ingenij dextræq; labor docta ordine docta
Sensa virosq; dedit. Dedit alto Pythius olim
Dario, tumidas gazis iactaret vt arcas,
Vite maritatam platanum cum frondibus aureis,
Mirum opus artificis, tam claro & Principe dignum.
Ille hoc. Te, autumno meliore, beante racemos,
Nobilior latè vitis splendescit ab vuis
Arte laboratis, non quæ spumante Liei,
Socratico ast diuoq; simul maduere liquore.
Ac velut Eoo quas decolor Indus ab orbe
Misit opes; multa celebratos laude lapillos;
Si qua manus bellè Phrygios edocta labores
Allatis raram pretijs admisceat artem,
Et vario varias discriminet ordine gemmas;
Quam tacitè illud opus mentemq; oculosq; tuentis
Abripit, abreptosq; tenet! pretiumne vel artem
Plus celebret? Clari hinc Onychos viridante Smara-
Miscentur radij; Beryllus at inde rubescens (gdo
Temperat arcanis Hyacinthi cærula flammis,
Aut adamas nitido frangit candore Pyropi
Chrysolitiue ignes. Oculis nil gratius vnquam.
Sic tua doctorum Thedore monilia Patrum
Tam serie baccata bona, qui corde sagaci
Et vigili excurrens sensu lustrauerit, altas
Materias fontesq; stupens, in sensa residet
Lætitiæ & irrigua sentiscet gaudia mente.
Quod tibi doctrinæ crescenti diuite gaza,
In seros annos tantum conflabit honorem,
Quantum impallescens constanti pectore chartis
Perpetuæ Patres sudasti inscribere Cedro.

FINIS.

Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTHECA CARTVSIANA, DE SCRIPTORIBVS *S. Cartusiensis Ordinis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BEATISSIMVS BRVNO, sacri Cartusiensis instituti primus auctor & ARCHITECTVS, natione Germanus, patria Coloniensis, diuini numinis auspicio suum auspicatus Ordinem, anno redēpti Orbis millesimo octogesimo quarto, circa Diui IOANNIS BAPTISTAE natalem. Migrauit verò ad Christum anno M.C.I. relatus in numerum Sanctorum à LEONE X. anno superioris seculi quarto, vel quintodecimo. De cuius scriptis suo agitur loco.

Obijt in Calabria, Anno 1101. relatus in numerum SS. à Leone X.

ADAMVS N. Cartusianus, Doctor Theologus, quem a Ioannes Molanus adserit vixisse circa annũ Domini quadragesimum suprà millesimum trecentesimum, ac vitam B. HVGONIS Episcopi Lincolniensis, itidem Cartusiani con-

Vixit circa annũ Dom. M.CCC.XL.

a *In Notis ad martyr. Vsnard. die 17. Nouemb.*

nĩ conſcripſiſſe; quam tamen nõ arbitror me conſpexiſſe vnquam. Habemus quidem penes nos huius ſanctiſsimi Præſulis vitam manu ſcriptam, pergamenaceam, quinque diſtinctã libris, verum illorum authorem crediderim eſſe Archidiaconum quẽdam Eccleſiæ Lincolnienſis: qui cum B. HVGONE circa annum Domini milleſimum centeſimum nonageſimum familiariter admodum conuerſatus, illa quæ de eius eximijs virtutibus, rebuſq́ue præclarè geſtis oculis auribuſque hauſerat, ad poſteros transmiſit, niſi fortè ex Archidiacono factus ſit Cartuſianus, aut vice verſa. Sic autem in Procemio ait: *Quæ de Viro beatiſsimo* HVGONE *Lincolnienſi Præſule vidi, audiui, & certius cognoui, ad ſubſidium memoriæ literis commendare ſtatui.* De quo equidem authore ita alibi Sutorius noſter: b *Peculiarius*, inquit, *ac latius huius admirabilis viri* (B. Hugonis) *geſta omnia proſequi, nec inſtituti, nec animi quoque noſtri eſt. Præſertim cùm ea ipſa voluminibus multis, maximè in eo quod Archidiaconus Lincolnienſis de ſanctis mirandiſq́ue actibus ac miraculis eius confecit, contineantur.* Itaque aliunde indagandum erit, quis nam hic noſtri inſtituti ADAMVS ſit, à quo B. Hugonis vitam fuiſſe conſcriptam memorat Molanus. Cęterùm in c Epitome Geſnerianæ Biblio-

b *Petr. Sutor lib. 2. vitæ Cartuſ. Tract. 3 cap. 5 pag. 521. in fine.*

c *Prodijt Tiguri apud Chriſtophorũ Froſcouerũ, an 1583. in fol.*

Bibliothecæ, per Iosiam Simlerum edita, sic lego: ADAMVS *Cartusianus, Anglus, Theologiæ Doctor, scripsit vitam S. Hugonis Lincolniensis. Item de patientia tribulationũ, de sumptione S. Eucharistiæ. Dialogum inter rationem & animam, seu soliloquium de institutione animæ lib. 1. qui tamen Adamo Cistertiensi à quibusdam adscribitur. Vixit anno 1340.* Hæc ibi.

ADRIANVS N. professus Montis S. Gertrudis in Hollandia, vir fuit diuinarum humanarumq́ue literarum cognitione apprimè instructus, ac SS. Theologiæ Doctor profundissimus. Cuius etsi neque Trithemius, neq; Posseuinus mentionem vllam faciat (incertum namque quando vixerit) Bostius tamen cap. quartodecimo, nec non & Petrus Sutor libr. 2. vitæ Cartusianæ, capite 7. magna cum laude eius meminit. Sutoris quippè verba sunt hæc: *Adrianus sacræ paginæ Doctor præstantißimus, & humanis quoque literis nobiliter doctus, vitæ sanctimonia spectabilis, & zelo animarum admodum feruidus, animaduertens sapientiæ thesaurum nõ sibi pro se duntaxat, sed vt cæteris impertiretur, collatũ fuisse, diligenter curauit & verbo præsentes instruere, & absentibus posterisq́ue prodesse.* Edidit namque insigne opus de vtriusque fortunæ remedijs, duobus distinctum libris. In

Adrianus Theologus, de cuius tamen ætate non constat.

quorum primo discipulus suam iactitans fœlicitatem, gloriatur de prospero rerum mundanarum successu, magistro interim ad omnia respondente, ac validè comprobante, res omnes sublunares non solùm fallaces esse quia dubiæ, verum etiam insidiosas, quia dulces, &c. In secundo verò libro discipulus per modum lamentationis conqueritur de mundi aduersitatibus, & Magister super hoc proponit tenuioris fortunæ hominibus saluberrima salutis æternæ remedia, ne in desperationis incidant barathrum. Prodijt hoc opus Coloniæ Agrippinæ, apud Arnoldum ter Hoernen, An. Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Cæterum tam Dorlandus quàm Sutorius referunt Adrianum hunc etiam alia nonnulla ingenij sui monumenta ad posteros transmisisse; quorum tamen nihil ad manus peruenit meas, sicuti neque de auctoris ętate quidquam apud alios reperire potui.

Obijt anno 1466.

AEGIDIVS AVRIFABER, Vicarius domus montis Sion, in Zelandia propè Ziriзæam, vir tum doctus, tum deuotus, tumq́ue etiam spiritualibus laboribus intentus, pecuniam more serui nequam sudario inuoluere, atq; inerti sese otio tradere (quod vitiorum omnium fomes est) noluit.

Digitized by Google

noluit. Itaque multiplicatum Domino talentum referre, & ſuo cognomini reſpōdere ſatagens, aurea fabricatus eſt opuſcula. In quibus eſt opus ſingulariter deuotum de CARTVSIANA laude: in quo frequenter Deo gratias agendas, & nunquam diſſimulandam eſſe obligationem inculcat. Extant eius etiam *ſermones de Tempore & Sanctis* per totius anni circulum. * *Opus* itidem *exemplorum*, vtile ac ſplendidum velut aurum. Tandem poſt multa ab eo fabrefacta, terras guſtata morte relinquens, cœleſte templum ex auro & gemmis, à Summo opifice fabricatum, adiuit: anno nimirum ſexto & ſexageſimo poſt mille quadringentos. Hæc ferè totidem verbis Sutor lib. 2. vitæ Cartuſ. tract. 3. cap. 7. pag. 572. Louaniēſis editionis. Agit & de eodem Boſtius, capit. vigeſimo ſexto de viris illuſtribus Ordinis Cartuſienſis; adeo vt mirum ſit, tam Trithemium quàm Poſſeuinum nullam tanti viri ſuis in ſcriptis mentionem habuiſſe.

* *Citatur ſubinde à Ioanne Maiore S. I. in Speculo exemplorum.*

AEGIDIVS GVTMAIER, profeſſus domus Buxiæ in Sueuia propè Memmingam, ſcripſit nuper carmine non ineleganti librum de moribus & vita veri Monachi, aduerſus monaſticæ vitæ calumniatores. Cui adiecta ſunt duo inſuper alia eiuſdem auctoris ſacra poëmatia:

Viuebat etiamnum anno Domini 1608.

quorum alterum continet PLANCTVM Beatiss. Virginis MARIAE, & votum ad eandem: alterum est, pro fœlici obeunda morte. Posteſtq; hinc colligi quantum in arte poëtica valeat præfatus hic Pater, si animum pijs conſcribendis verſibus seriò cupiat impendere. Prodiêre autem quæ ſuperiùs commemorauimus, Auguſtæ Vindelicorum, apud Chriſtophorum Mangum, anno 1607. dedicata nimirum iſtius eiuſdem loci Antiſtiti.

Obijt Weſaliæ anno M. CCC.XLIX. Maij 17.

ALBERTVS ARNHEMIVS, cognomento KIVET, fuit ſenior profeſſus Cartuſiæ VVeſalienſis, vir nimirum antiquæ virtutis & fidei, miræq; innocentiæ, non eſt ille de quo Dorlandus libro quinto Chron. cap. 13. Etſi enim vterque eiuſdem fuerit patriæ, tamen *Kiuetius* hic VVeſaliæ vixit, alter verò in patrio ſuo ſolo, Cartuſianorum Prior extitit, nihilque (quod equidem ſciam) literarum ad poſteros tranſmiſit: cùm hic noſter inſignia collegerit ſui æui exempla, illaque in vnum volumen congeſſerit, diſſectum in ſeptem diſtinctiones, & in Tomos duos diuiſum, quod *Referendarium exemplorum* indigitauit. Cuius

1. *Prima* diſtinctio, de Venerabili Sacramento agens, XCIII. complectitur capita.

Secun-

Secunda, De Sancta Cruce XXXIX. nouem habet capita. 2.
Tertia, de B. Virg. MARIA, capita XCI. 3.
Quarta, de Natiuitate Domini, capita LXXVII. 4.
Quinta, de Virtutibus, capita LXI. 5.
Sexta, de Vitijs, capita CXLVII. 6.
Septima, de Defunctis, capita LXIII. 7.

Solet hic liber M.S. adseruari apud Cruciferos Ruræmundenses: Obijt verò auctor anno Domini 1449. ætatis 80. professionis 60.

ALPHABETARIVM diuini amoris, vide IOANNES EGEN.

AMBROSIVS ALENTSENIVS scripsit librũ vel Tractatum, qui intitulatur *Fœdus Christianum*: quem Augustę Vindelicorum an. 1504. in 4. impressum, adseruat bibliotheca Cartusiæ Buxianæ propè Memmingam celebre Sueuorũ oppidum. Fuit verò Prior domus horti Christi, & Visitator Prouinciæ Alemanię inferioris.

Obijt in Germania anno 1506.

ANAGRAPHE de Origine CARTVSIANI ORDINIS versibus hexametris descripta in minori claustro Cartusiæ Parisiẽsis, prodijt ibidẽ in officina Sebastiani Niuelli an. 1551. pulchro nimirũ charactere, in 4. Cuius tamen authorẽ crediderim fuisse ZACHARIAM Benedicti, Vicẽtinũ, professũ domus Venetiarũ, qui vixit

anno Domini 1508. Tunc namque illud idem carmen dedicauit P. FRANCISCO à Puteo, XXXIII. Ordinis Generali, reperiturque ad calcem operum Diui BRVNONIS, nonnullis tamen immutatis.

ANONYMI quidam, vide in nomine HAMMANVS. Fuit & alius quidam sine nomine in Cartusia Herbipolensi, quem author indigitat, *reuocationem verbi in animam*, qui meras aspiratiões, preces ignitas ac deuota suspiria continet. Idem etiã argumenta in Psalmos ex passione Domini desumens, ad euitãdas euagationes mentis, & stabiliendum animum in psalmodia perutiles collegit Psalterij titulos, quorum inscriptio hæc est: *Incipiunt tituli Psalterij de passione Domini, cuiusdam Patris deuoti in Cartusia horti Angelorũ propè VVirceburgum, anno 1461.* ibidemq; etiamnum manuscriptus adseruatur.

Anno 1461.

ANDREAS CAPELLA, Valentinus, cùm ante Ordinis ingressum celebris fuisset in Societate IESVS. Theologiæ Doctor, tandem ab illis ad Cartusianos deficiens, in Domo *Scala Dei*, quę est Diæcesis Tarraconensis, per solennem professioné diuino se numini dedicauit. Dein verò vrgente Rege Catholico Philippo II. Vrgelensis factus est Antistes.

Floret in regno Valentiæ etiamnũ hoc anno M.DC.VIII.

Scripsit verò Commentaria in Hieremiam

miam Prophetã, quibus latinum vulgatæ editionis textum exponens, eundem cum Hebraici fontis origine, ſeptuagintaque interpretum tranſlatione, nec non & Chaldaica Paraphraſi, laboriosè non minus quàm eruditè confert. In citanda porrò Lxx. Interpretum editione ſecutum ſe fatetur exemplar Bibliothecæ Regiæ, quod cum Complutenſi conuenit, quamuis haudquaquam ignoraret, diuerſum eſſe ab eo, quod Diuus ſecutus eſt Hieronymus. Agnoſcit verò Paraphraſim Chaldaicam, quæ in eodem exſtat regio exemplari indignam, cui fides habeatur: quippe cùm in alijs ſacræ Scripturæ libris, prȩterquam in Pentateucho corrupta ſit, & fabulis, meriſque Talmudiſtarum nugis conſperſa. Quamobrem etiam in Complutẽſibus Biblijs conſulto omiſſa eſt. Porrò, Commentaria hæc in quarta parte folij edita ſunt in præfatâ *Scala Dei* Cartuſia, ab Huberto Gotardo, An. 1586. Edidit quoque Hiſpanico idiomate anno 1575. Meditationes breues quidem, ſed ſucci plenas in totius anni Euangelia, necnon & Manuale Exercitiorum ſpiritualium, quæ deinde anno 1607. latinè reddidit D. Anthonius Dulckenius, impreſſas Coloniæ apud Conradum Butgenium in 12. duabus partibus; dedicatas nimirum

mirum moderno Reuer. Patri Generali D. BRVNONI Daffringues. Cæterum idem Reuerendiss. ANDREAS CAPELLA Commentariolum quoq; in passionē Domini conscripsit, ac Ioan. LANSPERGII librum ad fidelem animam è latino Hispanicum fecit. Viuit verò etiamnum hoc anno 1608. estque non solum Vrgelensis Ecclesiæ Antistes, sed & Domus Portæ Cœli, quæ propè Valentiam est, Præfectus, seu PRIOR.

Viuit etiamnum in Vbijs anno M. DC. VIII.

ANTONIVS DVLCKENIVS Agrippinas, in primo iuuentutis flore, post Philosophici studij decursum, mũdo renuncians, Cartusiam patrio in solo constitutam, anno virginei partus 1599. est ingressus: vbi rerum diuinarum commentatione, ac deuotorum librorũ peruolutatione strenuè sese exercitans, sequentia hæcce opuscula, materno ab ipsis auctoribus idiomate conscripta, ingenti piorum hominum cum profectu, latinis auribus dedit. Nempè;

1. R.di P. F. Christophori Verruchini Capuccini, centũ Meditationes, de præcipuis spiritualis vitæ mysterijs. Col. apud Conradũ Butgenium, An. 1605. in for. 12. Quæ editio quoniã multis mendis deformata est, monet interpres aliam, quæ iam paratur expectandam, & pro legitima habendam.

Bar-

Bartholomæi Salutij, Ordinis S. Francisci de Obseruantia, *Lucem animæ ad perfectionem anhelantis:* opusculum sanè egregiè pium, & in quatuor partes distinctum, quarum tres priores sub præfato titulo, Anno 1606. Coloniæ apud Ioannem Crithium in 12. quarta verò sub hoc titulo, *Paradisus contemplatiuorum*, Anno 1608. apud eundem prodijt. 2.

R. P. Petri Alcantaræ Hispani, Ordinis Discalceatorum, *De Oratione ac Meditatione*, libellum verè aureum. Colon. apud Ioannem Crithium in 12. anno 1607. 3.

Meditationes Reuerendiss. P. D. Andreæ Capellæ Cartusiani, Episcopi Vrgelensis, in Euangelia totius anni, tam de Dominicis, & festiuis, quã singulis Quadragesimæ diebus, in tres partes distinctas. Coloniæ apud Conradũ Butgenium. Anno 1608. 4.

Eiusdem auctoris Manuale Exercitiorum spiritualium. Ibidem, apud eundem. 5.

Responsionem Cardinalis Bellarmini ad tractatum septem Theologorum Venetorum super interdicto S. D. N. Papæ PAVLI V. Cui aliæ duæ eiusdẽ Cardinalis respõsiones adiũctæ sunt, quarũ priori F. Pauli ordinis Seruitarũ, posteriori Ioannis Marsilij oppositionibus respondet. Col. apud Bernard. Gualth. An. 1607. in 8. 6.

R. P. Fran-

7. R. P. Francisci Bonaldi Societatis IESV Theologi, *Stellam Mysticam*, omnibus ad optatum æternæ beatitudinis portum appellere desiderantibus, viam commonstrantem. Coloniæ apud Conrad. Butgenium anno 1607. in 12.

8. R. P. Lucæ Pinelli è Societate IESV, Exercitia spiritualia quadraginta, de Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Coloniæ apud Ioannem Crithium. Anno 1608. in 12.

9. Eiusdem auctoris Meditationes de Passione Domini, de quinq; Christi vulneribus, de Rosario B. Virginis, de septẽ vitijs capitalibus & virtutibus illis oppositis. Ibidem, apud eundem.

10. Francisci Ariæ Societatis IESV, de Oratione mentali libros tres. Coloniæ, apud Ioannem Kinckium. Anno 1608. in 12.

11. Eiusdem auctoris Tractatus de Rosario B. MARIAE Virginis. Ibidem apud eundem.

12. R. P. Gabrielis Inchino Canonici Regularis Lateranensis Conciones vberes de quatuor nouissimis. Coloniæ apud Ioannem Crithium. Anno 1608. in 8.

Progreditur verò etiamnum in eâdem piorum libellorum interpretandi, perutili palæstra præfatus DVLCKENIVS,

NIVS, adeò vt etiamnum plura quotidiè pergat cudere. Quod vt diu ſaluus beneque incolumis præſtet, magnoperè optandum.

ANTHONIVS Menna, Cremonenſis, ex Cappucino factus Cartuſianus, ac Rutilanæ domus profeſſus, ſcripſit idiomate Gallico EXEMPLAR Chriſtianæ perfectionis, ad vtilitatem & profectum tum eorum qui probè pieque (vti bonos cum primis decet Chriſtianos) viuere cupiunt, tum eorum qui ad maiorem perfectionis gradum anhelantes, ad Diuini numinis cognitionem fruitionemque peruenire deſiderant. Eſtque hoc opus tribus diſtinctum partibus. Quarum *prima* de charitate pertractat; *Altera*, de diſpoſitione animę ad obtinendam conſeruandamque charitatem. *Tertia*, de donis S. Spiritus: dignum planè quod quis latino donet idiomate.

Vixit adhuc in Lotharingia an. Dom. M.DC.VII.

Prodijt Pariſijs in 4. apud Nicolaum Buon, anno 1606.

ANTHONIVS SVRIANVS ex nobili Suriana Venetorum prognatus familia, Cartuſianæ familiæ ibidem nomen dedit. Verùm Veneti ſuo deſtituti Patriarcha, hunc ex cellæ ſolitudine extractum, ſibi de conſenſu Romani Pōtificis pręfici petiêre. In cuius inaugurationem Franciſcus Philomuſus, inſignis æui iſtius orator, celebrem habuit panegyricam: cuius non-

Floruit Venetijs M.D.V.

nonnulla fragmenta in Chronico *a* Petri Dorlandi reperiuntur, aliaque nonnulla ad tanti viri laudem facientia: adeo vt mirum ſit, nullam illius tam apud Boſtium, quàm Sutorem mentionem fieri. Cuius tamẽ cum laude meminit Leander Albertus in deſcriptione Italiæ. Quid vero librorum ad poſteros tranſmiſerit, hiſce indicat verbis *b* Poſſeuinus: ANTONIVS SVRIANVS *nobilis Venetus, & Patriarcha, Venetiarum librum reliquit de interiori informatione, & alterum de vita contemplatiua. Alium item de ſolitudine.* Quo autem anno ex hac vita emigrauerit, nuſquam me legiſſe memini, niſi quod Leander dicit, anno Domini quarto ſuprà milleſimum quingenteſimum Venetorum illum Patriarcham deſignatum fuiſſe.

a Lib. 7. cap. 37.

b In apparatu ſacro.

ANTONIVS VOLMARVS, Sarburgenſis, profeſſus Cartuſiæ Aſtheimenſis, tranſtulit ex Gallico idiomate in Latinum, aureos planè libellos F. Mathiæ Bellintani, Capucini, qui ab auctore ipſo Italicè conſcripti, *Practica orationis mentalis, ſeu Contemplatiuæ* nuncupantur. Cæterum latina editio Conſtantiæ Heluetiorum anno milleſimo ſexcenteſimo-ſeptimo, typis Nicolai Kalt prodijt, duobus nimirum opuſculis in 12. ſuntque Reueren-

Viuit etiamnum in Sueuia anno 1607.

uerendiss. ac Sereniss. Principi Maximiliano, Archiduci Austriæ ab interprete dedicati. In quorum commendationem (sunt namque omni commendatione digni) non nemo hosce cecinit versiculos.

Decrescit pietas, librorum copia crescit;
Exiguumq́; labor maximus, edit opus.
Vnicus at postquam rectè liber iste legetur,
Augescet pietas, deficientq́; libri.

Quin & opus ipsum Lectorem hoc modo alloquitur:

Ars contemplantis, Lector, sum practica vitæ;
Sic etenim mea me pagina prima vocat.
Quò contemplari Diuos, diuinaq́; possis
Te doceo diuum, Diua Magistra modum.
Quàm benè vis ergò Diuos, diuinaq́; nosse,
Tam benè, quod doceo Diua Magistra lege.

Porrò quia operis huius, hisce maximè in partibus, magna est raritas, idcirco iam nunc Coloniæ recens in officina Gualtheriana paratur editio: quam nundinis vernalibus anni 1609. in lucem prodituram speramus.

ARNOLDVS HAVENSIVS ex honesta Buscoducensium familia, anno quadragesimo suprà sesquimillesimum natus, primis illic literarum Rudimentis à teneris vnguiculis incubuit. Est etenim BVSCODVCVM vti vrbs ex quatuor Brabantiæ, primarijs vrbibus vna ac longè muni-

Præest etiã num Cartusiæ Gandauensi, anno 1608.

munitiſſima,ſic & celebri ludo literario, magnaq́ue ciuium & præſtantiſſimorum ædificiorum frequentia, nobilis. Itaque patrio relicto ſolo, Coloniam petens, ibidem ſtudiorum ſuorum encyclopædiam cùm fœliciter abſoluiſſet, Societatis IESV inſtitutum anno Domini 1558. eſt amplexus, nihil non agens quo poſſet omnes ad diuini numinis cultum, tum efficaciſſimis cócionibus, tum doctiſſimis in ſcholis lectionibus, prouocare. Quemadmodum in dedicatoriâ noſtrâ, Paræneticæ MARTINI LAVDANENSIS epiſtolæ prȩfixa, vberius à nobis eſt dictum. Porrò anno 1573. ſacræ Theologiȩ Doctoralem promeritus lauream, ac Colonienſi Patrū Collegio aliquantò poſt RECTOR deſignatus, cùm iam aliorum promouendæ ſaluti per annos circiter ſeptem & viginti pro viribus incubuiſſet, volens aliquantò accuratiùs ſuæ quoque ipſius perfectioni incumbere, cœpit Louaniéſibus ſeſe Cartuſianis iungere, ac ſolitariam vitam ſolemni voto profiteri, idq́ue anno Domini 1586. Cæterum cùm Superiores prudenti Patrum Concilio decernerent, non eſſe fas talem tantamq́; lucernam ſub modio diutius deliteſcere, prȩfecerunt eum Cartuſiæ Buſcoducenſi, inde verò ſucceſſiuè Leodicenſi, Louanienſi, Bruxellenſi, imò

& toti

& toti Prouinciæ, adeo vt Visitatoris functus officio, quàm optimè de Ordine vniuerso sit meritus. Nactus verò paululùm quietis, etiam scriptioni manus cœpit admouere. Vnde Historiam Cartusianorũ Ruræmundensium, qui ibidem anno Domini 1572. crudeliter religionis ergo interempti sunt, compendiosè recensuit. Cui & adiunctum est Martyrium Patrum nostrorum Anglorum; In quo vtrimque est laboratum; tàm scilicet à Patre Hauẽsio, quàm à Patribus nostris Herbipolẽsibus. Qui dolentes penes paucissimos rei huius tam crudeliter gestæ historiã reperiri, artificiosas aliquot æneas curarunt sculpi laminas, vt lectori magis suum cõprobarent promouẽdæ pietatis studium; dedicantes quidquid hinc inde laboratum est, Reuerendiss. ac Sereniss. Archiduci MAXIMILIANO, hoc nimirum titulo, INNOCENTIA ET CONSTANTIA VICTRIX, Quod & prænominatus Pater Arnoldus ratum gratumque habuit. Qui etiamnũ sub calamo premit, ac tantum non promit hæc quæ sequuntur.

1. *De crudelitate ac moribus tam antiquorum, quàm deprauati huius seculi hæreticorũ erga Catholicos*. Prodijt Coloniæ in 8. An. 1608. apud Seruatium Erffers, vocaturque *Speculum hæreticæ crudelitatis*.

B *De cre-*

2. *De erectione nouorum in Belgio Episcopatuum; & maximè de scriptis ac rebus benè gestis à duobus Reuerendiss. Ruræmundanæ vrbis Episcopis, Guilielmo nimirum Lindano, ac Henrico Cuyckio.*

3. *De solitariæ vitæ præstantia simul ac vtilitate, vbi per varia exempla, & testimonia tàm domesticorum, quàm aliorũ plurimorum sanctitate ac doctrina illustrium virorum demonstratur, quàm sit animæ proficuum, sacræ solitudinis studio incumbere.*

Quas quidem Hauensianas lucubrationes propediem in lucem prodituras, omninò confidimus: nisi domesticę forsitan occupationes (agit namque hoc tempore Gandensis PRIOREM Cartusiæ, illiusq; instaurationi operam impendit suam) hunc nobis fructum diutiùs æquo inuideant.

B.

Obijt in Cartusia Colon. anno 1446. quarto Idus Iulij.

BARTHOLOMAEVS Ruræmundanæ Cartusiæ Prior, Traiecto ad Mosam oriundus, ante Ordinis ingressum publicus S. Theologiæ Professor extitit, & diuinarum literarum interpres cumprimis celebris. Quippè qui ab ineunte ætate literis tàm humanis quàm diuinis grauiter imbuendum sese tradiderit, neque à proposito destiterit, quo adusque ad vtriusque fastigium conscendisset. Cuius equidem fructus quo Christianæ posset

posset Reipublicæ adferre vberiores, vitæ politicæ Ecclesiasticam, cõmuni monasticam prætulit. Quatenus coniuncta cum eruditone pietate, securè meditari posset ea, quæ non suæ modo, sed & plurimorum etiam saluti conductura forent quàm maximè. Vnde ne iners aut ingratus euaderet, literarum monumentis ea consignauit, quæ posteris prodesse valerent: E quorum numero, quæ penes nos habemus, hæc sunt.

Opera ipsius quæ in Coloniensi adseruantur bibliotheca.

1. *De passionibus animæ.*
2. *De virtutibus.*
3. *De septem peccatis capitalibus.*
4. *De Oratione.*
5. *De Oratione longa & deuota.*
6. *Tractatus excitans ad deuotè celebrandum.*
7. *De excellentijs B. Virginis MARIAE.*
8. *De humilitate.*
9. *De omnibus Sanctis.*
10. *De fraterna correctione.*
11. *Instructio quo pacto religiosus in publicis se habere tractatibus debeat.*
12. *Liber collectaneorum ex diuersis SS. dictis.*
13. *De auctoritate Concilij supra Papam.*
14. *Sermones septem vtilissimi de obedientia, humilitate, dilectione, pœnitentia, & Oratione.*

15. *De laudibus religiosorum, obseruationeque silentij.*

16. *De non esu carnium apud Cistercienses.*

Cæterùm si quis plura de hoc insigni viro eruditionis virtutisque testimonia desiderat, is cõsulat *a* Trithemium, *b* Bostium, *c* Sutorium ac Dorlandum; quorum hic libro septimo Chronici, capit. 5. dicit eum tantæ fuisse humilitatis, vt aliquoties pedes ad Maioré Cartusiam (erat siquidem suæ Visitator Prouinciæ) iter remotissimum confecerit, quod vix in iuuene quopiam Prælato, quantumcunque etiam valida habeat crura, hoc tempore conspicias, ne dum in tam affectæ ætatis ac venerandæ caniciei sene. Obijt verò in Cartusia Coloniensi anno restauratæ salutis quadragesimo sexto suprà millesimum quadringentesimum, quarto Iduum Iulij: Cuius Tractatus aliquot tam Trithemius quàm Posseuinus recenset, præter illos quos superiùs commemorauimus.

a *De script. Eccles.*
b *Cap. 23. de viris illustr. Ordinis Cartus.*
c *Lib. 2. vitæ Cartus. Tract. 3. cap. 7. pag. 570.*

BASILIVS Maioris Cartusiæ PRIOR octauus, multa scientia præclarus, eximijsque præstantissimarum virtutũ donis cumulatus, Ordinis GENERALATVM tres & viginti annos (*a* Dorlandus nonnihil supperaddit) prudenter administrauit. Multas proinde etiam Constitutio-

Vita functus est circa annum Domini 1173. die 14. Iulij.
a *Libr. 4. Chron. Cartus. cap. 14. 201.*

tutiones,ad Ordinis cõseruationem pertinentes,edidit. Quin & plurimos linguâ calamoq́ue ad rerum mundanarum contemptum prouocauit; adeo vt egregijs laudum pręconijs eum cõcelebret Petrus Abbas Cluniacensis, vir re, & nomine *Venerabilis*: maximè epist. 41. lib. 6. vbi eius visendi desiderio inflammatus, ita inter cætera scribit: *Volo te charissime scire, affectum illum meũ, quo montana vestra* (in quibus Maior Cartusia sita est) *adire decreueram: magis caussa te visitandi, quàm locum, licet* SANCTVM, *videndi fuisse. Non fueram, nec sum immemor, quanto me semper affectu colueris, quàm deuoto ac sincero animo ab ipsis adolescentiæ tuæ annis, ad diuina anhelaueris, &c. Verum iam nunc constituit te Deus in gradu illo vitæ, quo altior aliquis, aut vix aut nusquam apparet. Ea de caussa te inuisere, & profectui tuo quo violenter Dei regnum rapere contendis, proposueram congaudere.* Hæc ille. Cæterum Dorlandus commemorans ea quæ ab hoc Patre BASILIO literarum conscripta sunt monumenta; *Edidit* (inquit *b*) *præter alia de laude solitariæ vitæ facundissimæ sapiẽtiæ Epitomen, in qua breui sermone mirum in modum vitam eam commendat.* Itaque cùm præclari regiminis exemplum, & suæ quoq; vitæ monumenta posteris reliquisset, tandẽ deficiens in senectute

b *Ibidem.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ætute bona, post labores sudoresque sacræ militiæ exantlatos, migrauit ad Dominum circa annum virginei partus millesimum centesimum septuagesimũ tertium, non sine insigni miraculorum gloria, quæ sanctitati illius testimonia perhibuerunt. De quo si quis plura desideret, *Dorlandum legat, loco ad marginem adsignato, nec non & NOTAS nostras in eundem. Similiter & c Petrum Sutorem cum d Arnoldo Bostio.

* Lib. 4. cap. 14.
c Lib. 2. vitæ Cartus. pag. 515.
d Cap. 5.

BENEDICTVS OSANNA, Mantuanus, cuius duntaxat nomen apud vnum repperi Posseuinum, qui apparatus sui Tomo secũdo de HENRICI HARPHII scriptis disserens, inter cætera ita ait: *Secũda pars quæ prænotatur,* Directorium aureum contemplatiuorũ, *agit de vita actiuæ præparatione, atque ornatu, & de amabili ad DEVM conuersione, &c. Quæ quidem secunda pars ab auctore Germanicè conscripta, & deinceps latinitati donata à Petro Bloemenuenna* (fuit autem is Cartusiæ nostræ olim Prior) *tandem Italicè versa, plures ante annos minus aptè, ac sine ea quæ omninò erat necessaria, præuia face, siue introductione, sed nouissimè BENEDICTVS OSANNA, Mantuanus, qui ad CARTVSIANVM Ordinem probus iuuenis accessit, vtrumque accuratè vertit, vt si quis hanc partem*

Fortè etiamnum in viuis est.

tem versare voluerit, eam commodius sit percepturus. Hæc ille, vtpotè Mantuanus de Mantuano: licet nos hîc in medio Germaniæ sinu constituti, nihil de hoc Osanna habeamus amplius, vtrum etiamnum in viuis sit, & vbi locorum degat.

D. BERNARDVS Abbas Claræuallensis, Sanctissimum hunc virum, etsi professione Cisterciensem, nostris tamen adnumerare Cartusianis ideo operæ pretiũ fuit visum, quod is in maiori Cartusia familiariter aliquando conuersatus (dicitur enim etiam hoc tempore * illic in pretio haberi cellula illa, in qua rerum diuinarum commentationi vir talis tantusque incubuit) auream illam ad nostros, nempè frates Montis DEI scripserit *de Vita solitaria* Epistolam: cuius initium: *Fratribus de Monte Dei, Orientale lumen, & antiquum illum in religione AEgyptium feruorem tenebris occiduis & Gallicanis frigoribus inferentibus, vitæ scilicet solitariæ exemplar, & cœlestis formam conuersationis*. In qua quidem Epistola (nisi Tractatum malimus appellare) CARTVSIANORVM professionem dicit esse altissimam, atque angelicæ similem puritati, adeo vt cœlos transeat: quippe cùm cellę habitatio ac cœli cognatæ sint. Quin & in epist. II. ad CARTVSIENSES,

Ingressus est Ordinem Cisterciens. anno 1113.

** vel potius in Cartusia Montis Dei.*

& GVIGONEM Quintum ordinis GENERALEM, miris laudum præconijs ordinem hunc nostrum extollit. Similiter & in gratiam BERNARDI PRIORIS Cartusiæ Portarum, sua illa diuina in Salomonis Canticum scripsit commentaria, vbi constat ex eiusdem epistola 153. quem ita de suis virtutibus Innocentio Papæ commendat, vt dignum suo eum calculo iudicet, qui è latebris exstractus, supra Episcopalis dignitatis candelabrum constituatur. Sic enim habes epistola 155. Cæterùm quàm familiaris idem B. BERNARDVS Claræuallensis Patribus nostris, in Maiori Cartusia degentibus, fuerit, liquido ostendit author vitæ eius, vbi ita ait: a *Cùm iam Dei famulus annos aliquot in Claraualle peregisset, subijt animum eius, vt S. HVGONEM Gratianopolitanum Episcopum, & CARTVSIENSES fratres deuotionis gratia inuiseret*: &c. quæ sequuntur, non minus lectu iucunda, quàm ædificationis plena. Porrò ad longum hîc enumerare, quænam D. BERNARDVS literarum monumenta posteris reliquerit, haud quaquam arbitramur necessarium; nisi fortè compendiosè quis scire desideret, quænam possent ex ipsius Operibus aduersus hæreticorum versutias Orthodoxæ fidei testimonia depromi; is enim recur-

a *Lib. 3. vitæ D. Bernardi, cap. 1. in fin.*

recursum habere valebit ad BERNARDINAM nostram CONFESSIONEM, ante triennium apud Antonium Hierathium editam.

BERNARDVS Prior Cartusiæ Portarum, conuenientissimè admodũ D. BERNARDO Claræuallensi subiũgitur; quippe cùm & tempore fuerint coæui, & mutua charitate plus quàm germani. De cuius admirandis virtutibus, atque epistolis singulari deuotione plenis ita in hunc modum scribit Sutorius: a *Floruit in domo Portarũ prouincia Burgundica B. Pater BERNARDVS, eiusdem domus PRIOR, vir miræ sanctitatis, ac (Diuo testante* b *Bernardo Claræuallensi) verus homo Dei, à cuius ore & calamo salutarium exhortationũ candor prodijt inenarrabilis. Hic assiduis orationibus deditus erat, ita vt diuinis laudibus plena in eo essent omnia. Hic quoque non vtiliter sibi, sed alijs etiam viuendum arbitratus, partim adhortationibus, partim literis, innumeros ad vitam æternam inflammauit. Inter quos inprimis numeratur* c *Anthelmus, Bellicensis postmodum Antistes, quem suâ exhortatione hic BERNARDVS mundo subtractum, sacro Ordinis habitu donauit. Inter epistolas quoque, quas non tantùm magno verborum ornatu venustas, sententiarumq; maiestate refertas, sed diuinis quoque fultas ornamentis conscripsit,*

Obijt circa annum Dom. 1140. die 16. Kal. Ianuar.

a *Lib. 2. vitæ Cartus. Tract. 3. c. 5. pag. 509.*

b *Epist. 155. ad Innocent. Papam II.*

c *Huius præclarã vitam inuenies Tomo 3. Sur. die 27 Aprilis.*

Scripsit epistolas admodũ insignes.

illa habentur præcipua, quas ad D. Claræuallensem dedit; quibus ad exponenda Cantica vehementius eum stimulauit, tandemq́; & impetrauit, &c. Multis denique præditus virtutibus, ac prodigiorum signis post obitum celebris, migrauit ad Dominum, circa annum virginei partus millesimũ centesimum quadragesimum, XVI. Kalend. Ianuarij; quem Sutor simul ac Canisius, in Lombardia Episcopatum alibi administrasse (quemadmodum D. Bernardus Innocentio Papæ II. suis suggesserat *d* literis) non sine ratione arbitrantur. Porrò cætera de hoc Sanctissimo Patre vide apud Arnoldum Bostium, capite tertio de Viris nostri Ordinis illustribus; nec non & Dorlandum libr. 4. Chronici, capite nono.

d *Est epistola 155. ad Innocent. Papam.*

Vixit in Silesia anno Domi. 1493.

BERNARDVS N. professus Cartusiæ Passionis IESV Christi propè Legnitz, Silesię vrbem, natione Germanus, *vir fuit* (vti Eisengreinius ait) *cùm confeßionis gloria, tum vita & conuersatione plurimum insignis, Philosophus clarus, historicus celeberrimus, multarumq́; literarum & rerum peritißimus*, fertúrque multa cumprimis præclara scripsisse volumina; verum nullum eorũ se vidisse (inquit Trithemius) præter Dialogum illum pulcherrimum, quę de laudibus ac miraculis B. MARIAE virgi-

virginis eleganter composuit. Claruit verò sub Frederico Imperat. III. an. 1480.

BONIFACIVS FERRARIVS, Valentinus, B. Vincentij famosi per Orbē Prædicatoris frater germanus, vir fuit & multiiuga rerū tàm humanarū quàm diuinarū cognitione, & eloquentiæ laude celeberrimus; vtpotè Iuris Canonici Doctor eximius, vnusq; de 7. Regentibus amplissimi regni Valentiæ. Postea verò posthabitis voluptatibus, ambitiōe deposita, reiectis alijs omnibus curis, eū Ordinem est professus, q vt antiquitate vetustissimus, origine generosissimus est, ita & Statutis fulcitur celeberrimis, & exemplis abūdat ad propositum accommodatissimis. In quo quadriennio constitutus, ad totius Ordinis gubernacula est admotus. Nam Maiorem regēs Cartusiam, tam verbo quàm exemplo, multos ad idem suscipiendum institutum pertraxit. Quos enim frater suus prædicando ad pœnitentiam prouocabat, eos ad religionis habitū Bonifacius noster suscipiebat. Tanta deniq; prudentiæ opinione excelluit, vt Benedictus Papa, dictus XIII. vel vt alij volunt XIV. eum, quamuis renitentē, pro se Legatum ad Concilium Pisanum (ad quod 1409. citatus fuerat) mittendum curauerit. At verò cùm in accedendo moram necteret,

Floruit in alma matre Cartusia anno M. CCCC. X.

Relicto mundo, ingreditur Cartusiā.

Destinatur Legatus ad Concilium Pisanum.

Gene-

Generale Concilium tantas non ferens moras, tàm Benedictum ipsum, quàm Gregorium XII. (hi namque de Papatu atrociter contendebant) ab officio amouit. Fuit verò hîc BONIFACIVS vicesimus quintus Ordinis GENERALIS, qui tamen ad petitionem suam, anno Domini millesimo quadringētesimo decimo, tam graui releuari sarcina meruit, sedente nimirum Capitulo Generali, vti a latiùs aliquando à nobis dictum.

a Lib 7. NOTARVM ad Chron. Dorlandi, pag. 104.

Opera quæ edidit.

Scripsit autem inter cætera nobilem tractatum, *de Confirmatione & Approbatione ordinis Cartusiensis*; item cur adeo pauci in eo reperiantur, qui in Diuorum sint album ab Ecclesia recēsiti, & quàm ob rem miraculis publicè non clarescant; idque ad Bonifacium, eiusdem Ordinis alumnum. Item epistolas, *& alia complura*, vt inquit Trithemius, nobis ignota. Præfuit Ordini annis circiter octo: de quo vide Bostium, capite quinto decimo, & Dorlandum lib. 4. cap. 25.

Obijt circa annum Domini 1313.

BOSO fuit Maioris Cartusiæ PRIOR, simul ac totius Ordinis GENERALIS sextus decimus, de quo ita Arnoldus Bostius: a *Præter alia multa ad honorem Dei, & proximorum salutem ab eo corde, lingua,* MANV, CALAMO *frequenter elaborata, hominem precibus suis meritisque præpotentibus à mor-*

a Cap. 9.

morte suscitauit. Verùm quæ nam illa sint, quæ MANV CALAMOQVE exarauerit, haud quaquam memorat, neque vel Trithemius, vel Posseuinus illorum vspiam mentionem faciunt. Interim tamen in scripto quodam, quod mihi præstantis doctrinæ, atque excellentis ingenij Vir P. Simon VVeisserus, Herbipolensis Cartusiæ professus communicauit, inuenio hunc BOSONEM nostrum binas ad Clementem Papam Quintum scripsisse Epistolas: quarum priori eum rogat, ne quid exosæ nouitatis introduci sinat: altera verò se excusat, quod Concilio Viennensi interesse non valens, Procuratorem suum eo ablegauerit. Porrò virum eum eximiæ sanctitatis extitisse, tàm *b* Dorlandus, quã *c* Sutorius certatim commemorant: adeo vt & precibus mortuum suscitauerit, & super eius sepulchro herba quædam excreuerit, varia ægritudinum genera, maximè verò febres, propulsans. Præfuit Maiori Cartusiæ annis propemodum triginta tribus, mortuusque est circa annum Domini tertiumdecimum pòst mille trecentos.

b *Lib. 4. Chron. ca. 17.*
c *Lib. 2. vitæ Cartus. Tract. 3. cap. 5. pag. 526.*

B. BRVNO, sacri Cartusiensis instituti primus auctor & rector, in insigni COLONIA AGRIPPINA oriundus, parentes habuit & generis nobilitate & virtutis splen-

Vita functus est vir Sanctissimus, anno Domini 1101.

splendore præstantes: quibus tamen ille, atque adeò toti familiæ suæ maiorem vitæ suę sanctimonia splēdorem attulit. Ab ipsis aũt incunabulis, puerilem ætatē morum grauitate superans, pręclarum quoddā quasi futuræ religionis de se prębebat specimē; egregia indole, illustri ingenio, memoria tenaci, voluntate deniq; tota ad optima quæq; consectanda studiosè propensus. Itaq; adolescens cunctis ferè naturæ gratięq; dotib⁹ à Diuino numine egregiè exornatus, Lutetiam Parisiorũ maximarum artium disciplinis imbuendus destinatur. Vbi inter pręstantes eruditione Philosophos facilè primas tenens, magnâ cum laude Magisterij titulo decoratus est. Inde verò vlterius ad sacrę Theologię studia se conferens, ingenij facilitate, ardoreque proficiendi continuo, Theologorum doctissimus celeberrimusq; euasit, tandemque etiam Ecclesiastico beneficio in Rhemensi Ecclesia est cumulatus. Verum quia infœlix collegæ cuiusdam sui exitus, qui se damnatũ è feretro horrendo cum boatu vociferabatur, animum eius diuini timoris iaculo confixit, hinc se in abditam quandam solitudinem pœnitentiæ peragendæ gratię senis comitatus socius, contulit. Cuius equidem eximiam vitæ sanctimoniam, ac res præclarè

Optima illius indoles, memoria, ingenium.

Mittitur Lutetiam Parisiorum studiorum gratia.

clarè gestas, quia diuersi fide digni auctores in lucem protulerūt, nempè Franciscus Puteanus, Petrus Leidensis, Sutor, Surius, Dorlandus, &c. hinc nos actum agere nolumus: quippè qui in NOTIS nostris ad Dorlandum, duodecim conscripsimus paragraphos, quibus quæ hanc ad rem faciunt, elucidauimus. Quorum *primus* de B. BRVNONIS patria ac parentela agit: *secundus*, fueritné Iurisperitus, an verò SS. Theologiæ Doctor: *tertius*, de altero illo Doctore tractat, qui se damnatū clamitabat: *quartus*, de stupendi istius miraculi veritate, & quo tempore acciderit: *quintus*, cur ipsius nomen literarū monumentis consignatum non sit: *sextus*, quæ nam fuerit illa Cartusiæ solitudo, in quam D. BRVNO vna cum socijs suis se recepit: *septimus*, sitne idem iste locus etiamnum habitatus: *octauus*, quàm diu D. BRVNO eū incoluerit, & quo pacto Romam sit euocatus: *nonus*, quæ nam sit illa Calabriæ solitudo, ad quam se receperit, dimissus à Pontifice: *decimus*, de obitu sanctissimi huius viri, miraculis, ac canonizatione: *vndecimus*, quæ nam post obitū scripta ad posteros transmiserit: *duodecimus*, de approbatione ordinis Cartusiensis à S. Sede Apostolica. Quę vti illic in gratiā lectoris disser-

Duodecim paragraphi de primo Cartusiensis Ordinis initiatore.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

differuimus, sic iam nunc ex ordine hic percensebimus omnes quotquot extant D. BRVNONIS doctissimę iuxta ac pientissimæ lucubrationes; quarum hic esto Catalogus.

Catalogus omnium scriptorum B. Brunonis.

1. *Commentaria in omnes Psalmos Dauidicos.*
2. *In omnes Diui Pauli Epistolas.*
3. *Liber de laudibus Ecclesiæ.*
4. *De Paradiso, arca Noë, Tabernaculo fœderis, Templo Salomonis.*
5. *De muliere per quam Ecclesia figuratur.*
6. *De ciuitate Sancta Hierusalem.*
7. *De Basilicis quæ ab Episcopis ordinantur & consecrantur.*
8. *De Euangelicis lectionibus.*
9. *De bonis & malis Arboribus.*
10. *Liber de Ornamentis Ecclesiæ.*
11. *De fide, spe, & charitate.*
12. *De quatuor virtutibus Cardinalibus.*
13. *De humilitate.*
14. *De misericordia.*
15. *De pace.*
16. *De patientia.*
17. *De castitate.*
18. *De obedientia.*
19. *De abstinentia.*
20. *Quibus virtutibus Ecclesia ornetur.*
21. *Liber de nouis, nempè de nouo mundo, cœlo, nubibus, montibus, arboribus, animalibus*

libus, potestatibus; necnon & de nouo mari ac piscatoribus, item de auibus ac fluminibus nouis.

22. *De præcipuis Christi IESV Saluatoris nostri festiuitatibus sermones varij.*

23. *Liber de laudibus & solemnitatibus Beatissimæ Virginis Mariæ, sermones quatuor continens.*

24. *Liber Sermonum quinque de Martyribus.*

25. *Liber sermonum vndecim de Confessoribus.*

26. *De Sancto Michaële Archangelo sermo.*

27. *De contemptu diuitiarum.*

28. Reperiuntur quoque binæ eiusdem D. Brunonis epistolæ; quarum prima est ad Radulphum Viridem, Ecclesiæ Rhemensis Præpositum; altera ex Calabriæ heremo scripta est ad filios suos, in Maiori Cartusia degentes.

29. Quibus Posseuinus addit librum *de laudibus vitæ solitariæ*, quem dicit Venetæ in Cartusia apud Paulum Rogerium, nostræ familiæ religiosum, manuscriptum adseruari: quo vtinam potiri liceret, vt nimirum simul cum cæteris Diui BRVNONIS operibus, iam iam per nos de superiorum voluntate reuidẽdis recudendisque, prælo committatur. Porrò B. BRVNONE non prosa duntaxat, verum & carmine plurimum voluisse, testis est

30. ELEGIA quam de mundi contemptu in hunc modum scripsit.

Mortales Dominus cunctos in luce creauit,
Vt capiant meritis gaudia summa poli.
Fœlix ille quidem, qui mentem iugiter illûc
Dirigit, atq; vigil noxia quæq; cauet.
Nec tamen infœlix, sceleris quem pœnitet acti,
Quiq; suum facinus plangere sæpè solet.
Sed viuunt homines tanq̃ mors nulla sequatur.
Et velut infernus fabula vana foret.
Cùm doceat sensus, viuentes morte resolui,
Atq; erebi pœnas pagina sacra probet.
Quas qui non metuit, infœlix prorsus & amens
Viuit, & extinctus sentiet ille rogum.
Sic igitur cuncti mortales viuere curent,
Vt nihil inferni sit metuenda palus.

Cæterùm obijt hic tam eximius sanctissimi Ordinis initiator pridie Nonarum Octob. anno post Christum natũ millesimo centesimo primo. Relatus in numerũ Sanctorum à LEONE X. anno 1514. vel sequenti. Quem vt huius familiæ alumni piâ quotidiè precatione interpellent, eccum hîc paucos, nescio à quo olim conscriptos, versiculos.

HVMILIS CARTVSIANORVM AD S. BRVNONEM Precatio.

Aspice nos oculis BRVNO *Patriarcha benignus,*
Nocte dieq; tibi feruentia vota ferentes.

In pa-

In paradisiacas tua per vestigia sedes
Tendimus, in virtutis iter nos dirige, secli
Quos ex innumeris reuocasti BRVNO *periclis.*
Propositi ardorem fac nos seruare prioris,
Donec ad æthereas liceat conscendere sedes.

BRVNO DAFFRINGVES, patria Audomaropolitanus, ex Priore domus Auinionensis, totius Ordinis GENERALIS effectus, cùm sit summi ingenij, ac præstãtis doctrinæ Vir, plurima posset elaborare, si quid in tanta rerũ occupatione daretur otij. Qui tamen vt Ordini prodesset vniuerso, insigni certè cum charactere, ac charta nitidissima Parisijs anno Dñi 1603. apud Iametiũ Mettayer imprimi curauit MISSALIA, quibus Ordo Cartusiensis in diuino officio vtitur: de quo etiamnum benè mereri pergit.

Viuit etiamnum in Maiori Cartusia, estque totius Ordinis Generalis.

BRVNO LOERIVS, patria Brabantus, ac professiõe Cartusian⁹, frater fuit & sãguine & religione magni istius THEODORICI LOERII, qui in eruendis DIONYSII RICKELII scriptis tã strenuè desudauit; vsus nimirũ operâ huius pientissimi iuxta ac doctissimi germani sui: q & ipse varijs liminaribus epistolis DIONYSII scripta, necnõ & Lanspergij, vtpotè olim in religione Præceptoris sui, opera oĩa Christiano Orbi commẽdauit. Neq; his cõtentus, etiã opera HENRICI HARPHII, viri in

Vixit in Cartusia Coloniensi anno M.D.LV.

Digitized by Google

Theologiæ mysticæ studio exercitatissimi, Reuerendo eidemque celeberrimo Patri Ignatio Loiolæ, cæterisque huius Sanctissimæ Societatis IESV Patribus, vt eos hac ratione arctiori fraternæ charitatis vinculo nobis deuinciret, dedicauit. Quippè qui tunc ante annos circiter decem vniuerso Cartusianorum Ordini, sanctissimo quodam amicitiæ nexu sociati erant. Tanta siquidem erat B. PETRI FABRI (quem Cartusia Coloniensis priuatim aliquandiu suo in sinu benignè fouens, aluit, atque apud se detinuit, priusquam Societatis nomen ac virtus apud alios passim increbuisset) morum grauitas, vitæque integritas, vt omnes in sui admirationem alliceret: vnde & Patrum nostrorum animos ita sibi deuinciuit, vt sponte sua cum totius Ordinis GENERALI agerent, quo possent omnium bonorum operum, ac spiritualium exercitationum quæ per Ordinem vniuersum fiunt, effici participes; dato ad hoc speciali diplomate, quod de verbo ad verbum ita sonat.

Prodierunt cum hac præfatione Coloniæ apud hæredes Arn. Birckmanni, anno 1556.

Fraternitas Cartusianorum cum Societate Iesu.

DIPLOMA R.di PATRIS PETRI DE SARDA, GENERALIS Ordinis Cartusiensis, indultum PP. Societatis IESV.

Fra-

FRater Petrus humilis Prior Maioris Cartusiæ, cæteriq́; definitores Capituli generalis Ordinis Cartusiensis, Reuerendo in Christo Patri ac deuotis viris Dominis Ignatio Præposito, suisq́; fratribus nouæ Societatis nominis IESV, *vbilibet locorum constitutis salutem, quam præparauit Deus diligentibus se. Audita fama odorifera, fratres in Domino dilectißimi, de vestra exemplari conuersatione, salutari doctrina, & voluntaria paupertate, cæterisquè virtutibus, quibus in tenebris nostri deplorandi seculi refulgentes, perhibemini homines in via perditionis errantes ad arctam viam salutis reuocare, vacillantes stabilire, stantesquè ad proficiendum in virtutibus stimulare, & magnum in Domino Ecclesiæ Catholicæ fructum afferre, gauisi sumus in domino, gratias illi agẽtes quod in tanta desolatæ Ecclesiæ calamitate, qua premimur, excitare dignatus est, & mittere nouos operarios in vineam suam, recordatus misericordiæ suæ. In quo quidem sancto opere cupientes vobis pro nostro modulo cooperari, frater-*

nitatem vestram obsecramus per charitatem eius, qui pro vobis non dubitauit animam suam ponere, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, sed in sancto proposito perseuerantes, in omnibus exhibeatis vos sicut Dei ministros in multa patientia, non deficientes inter labores, pericula, & persecutiones, quæ omnibus piè viuere volentibus occurrere solent, tempore enim suo metetis non deficiētes. Et nos fratres si quid possumus apud Dominum diuinis sacrificijs, orationibus, abstinentijs, cæterisq; pijs exercitijs, QVORVM OMNIVM VOBIS ET SVCCESSORIBVS VESTRIS, IN VITA PARITER ET POST MORTEM SINGVLAREM CONCEDIMVS PARTICIPATIONEM, *vestris pijs orationibus libenter cooperabimur in Domino, postulantes vt nos vicissim in orationum & bonorum participatione commendatos, suscipere dignemini. Datis Cartusiæ sub sigillo nostro: Anno Dom. 1544. feria 5. post Dominic. Cantate: Sedente nostro capitulo generali.*

Qua in re tam hic præfatus pater BRVNO, quàm GERARDVS HAMONTANVS, loci hujus olim humanissimus integerrimusque

musque Prior, plurimum SOCIETATI adiumento fuerunt. Quippè cùm hic præfatam Societatẽ omni qua potuit efficacia etiã R.mo Coloniensiũ Antistiti aliquãto post cõmendauerit, in insigni illa liminari epistola, q̃ minoribus DIONYSII RICKELII operibus an. 1559. præfixit. Vbi inter ceteras Patrum laudes, ita ait: *ipse Imperator noster Clementissimus* (Ferdinandum intelligit) *in suis ditionibus multos tales alit, & sua maiestate dignis fouet beneficijs. Non desunt quidem qui eis detrahant, sed eo nomine Christianis omnibus debent esse gratiores. Non docent, vt nostri Euangelici, ventrem pro Deo colere, otium sectari, voluptati ac vanitati huius misera vita esse deditos, sed carnẽ cum vitijs & concupiscentijs crucifigere; quorum idcirco pijs honestiuq; studijs vnquã dubitamus Celsitudinem Tuam defuturam.* Hæc vti ille, sic nõ aliter hic BRVNO Loerius; vtpotè ambo eodem fraternæ charitatis studio, ac sinceræ proximorum charitatis zelo inflammati. Cæterùm scripsit quoq; idem LOERIVS binas dedicatorias epistolas, quas Concionibus Lanspergij de Tempore & Festis præfixit, aliaque nonnulla, è quibus liquidò cõstat, virum eum fuisse præstanti doctrina ac pietate: quippè qui hîc in Cartusia nostra quàm placidissimè in Domino obdormiuit.

Discrimen inter PP. Societatis, & nouos huius æui Euangelicos.

Digitized by Google

C.

Floret etiã-num pietatis studio, iuxta ac literarum cultu.

CARTVSIA COLONIENSIS. Non est quod miretur quispiam, me etiam Cartusiæ huic peculiarem adsignare titulum. Facit namque hoc & loci celebritas, & vberes qui inde promanarunt literarum fructus, ac librorum fœtus. Quorum plurimi tamen sæpè sine vllo auctoris nomine in lucem (vti erant impensè humiles, nolentes magnificare sibi nomen super terram, sed potius tacitè sperantes, quod eorum nomina scripta forét in libro vitæ) prodierunt. Adeo vt etiamnum multis in libris eximiè pijs ad calcẽ conspicere hæc verba liceat: ORA PRO CARTVSIA COLONIENSI, VNDE HIC LIBER PRODIIT. Quippè cùm Patres nostri ante annos non vsque adeò multos, proprium intra domesticos parietes prælum, cum reliqua omni rei typographicæ suppellectile habentes, ipsimet huic tam vtili præfuerint negotio, quò possent quàm optimè de Christiana republica mereri, pientissimasque suas rerum diuinarum commentationes omnibus communes facere: scientes ex thesauro inuiso & scientia abscondita nihil vtilitatis publico accedere bono. Itaque varia hîc olim impressére deuotionis opuscula, quibus pietatis cultum impensè promoue-

Eccl. 20.32.

mouerunt. Quin & nonnulla haud contemnendæ eruditionis opera ſuapte marte compoſuerunt; quorum pleraque necdum impreſſa ſunt, quemadmodum conſtat de commentarijs VVERNERI Roeleuinckij in Acta Apoſtolorum, atque in omnes Diui Pauli Epiſtolas. Similiter & HENRICVS DISSENIVS, vti alibi à nobis commemoratum, varia conſcripſit volumina, quorũ nihil vnquam in lucem prodijt.

CAETERVM, cùm longè lateq; odoris ſui fragrantiam hæc eadem Vbiorum Cartuſia diſpergeret, tandem factum eſt, vt etiam exteri literarum ſuarum monumenta, amoris gratitudiniſq; ergo eidem offerrent, dedicarentque. Quemadmodum feciſſe conſtat D. NICOLAVM ESCHIVM, ampliſſimi iſtius Beginagij Dieſtenſis Cœnobiarcham, virum nimirum & eruditione, & ſincera in Deũ pietate ornatiſſimum. Qui cùm ſępè numero ad Cartuſiam hanc noſtram reſpirandi cauſſa diuerteret, quatenus ſeſe orando ac meditando ſubinde recolligeret, opuſculum illud PIORVM EXERCITIORVM planè aureum, ac verè pium, noſtris inſcribens Patribus, ad calcem dedicatoriæ ſuæ ita eoſdem alloquitur. *Quandoquidem ita iam in conſuetudinem veniſſe conſpicimus,*

Prodijt apud Plantinum anno 1569. in 12.

nius, vt nihil fermè librorum in lucem emittatur, quod non certo alicui Patrono dedicetur: volui & ego vobis, Reuerendi ac religiosi PATRES & FRATRES, *quibus maximè hæc cõscripsi, hũc meum qualemcumq; laborem dedicatum, & consecratũ esse. Tum quod vos sciam huiusmodi pietatis exercitijs delectari, tum vt sit mea erga vos obseruantiæ,* ET PRO MAXIMIS IN ME COLLATIS BENEFICIIS, *grati animi perpetuũ testimonium.* Noui CANDOREM *vestrum, quod etiam exiguum non contemnatis. Debebam quidem pro vestris in me meritis offerre maiora: sed vos non tam munus oblatum, quàm animi ingentem voluntatem, sat scio, considerabitis.* Hæc quidem vti Eschius, sic haud longè ante illum etiam HENRICVS HELMESIVS, Germipolitanus, Franciscanæ familiæ Professor simul ac Concionator celeberrimus, quintum Concionum suarũ Tomum Venerabili, multaque tum pietate tum eruditione præstanti Viro, P. GERARDO HAMONTANO, Cartusiæ huiusce nostræ PRIORI olim meritissimo dedicans, hisce mox eum compellat verbis: *Cùm ego lucubrationes * quasdã meas, Reuerende Pater, in lucem emittere decreuissem, eoque nomine Coloniam adijssem, vbi scirem typographos esse multos, ad vestrum me Cœnobium potißimum contuli; illic hospi-*

* *Prodierunt Coloniæ apud Casparum Gennepæum,* an. 1556. in 8.

hoſpitio vſurus, donec ſcriptis meis extremam imponerem manum. Euenit id certè aliquoties, multisq́ mensibus apud vos demoratus ſum. Vbi quid humanitatis, quid beneuolentiæ expertus ſim, tum in Paternitate Tua, tum alijs fratribus illic Christo militantibus, illis præcipuè, quos Officiales appellare conſueuiſtis, ſi ſcriptis complecti velim, tempus mihi omne deficiet, priuſquam pro meritis quidquam explicare queam. Fateor enim haud ſecus atq; Angelum Domini, imò atq; Christum IESVM me & ſuſceptũ & tractatũ à vobis eſſe: ita vt haud immeritò quidquid à me Coloniæ editum eſt, non minus vobis, quã mihi ipſi adſcribi & poßit, & debeat. Quandoquidem veſtra liberalitate factũ eſt, vt abſoluendis illis quæ animo inſtitueram, ſatis eſſe potuerim. Qui deinde humilitatis ergò demiſsè de ſuis iſtis lucubrationibus ſentiẽs, noſtrorum Patrum piè elaborata monumenta, tali dignatur præconio. *Equidem Reuerende Pater, in veſtri Cœnobij Patribus id ſummoperè prædico, quod non ſolùm meis qualibuſcumq́ opuſculis, quæ ego ſanè minimi facio, ſed etiam multorũ aliorum præclaris certè egregijsq́ euulgandis monumentis* PLVRIMAM ADHIBVISTIS, ATQVE ETIAMNVM ADHIBETIS OPERAM. *Eſt enim id magnæ eximiaqúe pietatis argumentum, quo Chriſtianæ Reipubl. plurimum commendare velitis.* Et pòſt pauca.

Hoſpitalitas Cartuſiæ Colon. erga alterius familiæ religioſos.

In illos qui Cartusianos otio vacare arbitrantur.

pauca: *Facitis profectò, ita vt decet Christianæ pietatis amantes. Non estis vnquam otiosi, adeo vt nec tunc quidem otio vacetis, cùm seculi huius amatores vos maximè otiosos arbitrantur. Mihi sanè multum profuit inter vos habitasse, & vestra vsum esse familiari consuetudine. Recreastis enim spiritum meum, & repletus sum consolatione, videns nimirum* SANCTAM CONVERSATIONEM VESTRAM. Hactenùs verba Helmesij; quæ ideo hîc aliquãtò prolixiùs percensere volui, quatenus videamus, ne vt Patribus istis prędecessoribus nostris iucundissimũ fuit, tantam nobis pietatis virtutisque memoriam literarum suarum monumentis, atque insigni hospitalitatis laude, reliquisse, sic nobis turpissimum sit (absit omen) illud quod ab ijsdem accepimus, tueri ac conseruare imitando nõ posse: maximè cùm & *bonorum operum gloriosus sit fructus*, & *qui ad iustitiam erudiunt multos, tanquam stellæ in perpetuas æternitates, effulsuri sint.*

Sap. 3. 15.
Dan. 12. 3.

Vixit anno M. D. LV.

CLAVDIVS MORELLIVS, Cathalaunas, Lutetię Parisiorum professus, scripsit anno Domini 1551. cùm istic sub Sole aureo, apud Carolũ Guillard prodijssent ALLEGORIAE simul ac TROPOLOGIAE in selectiores vtriusq; Testamenti locos, è monumentis vnius & triginta Auctorum; à Godefrido Tilmanno, eiusdem

dem quoque Cartusiæ ex professo Monachi, collectæ, ac pulchro ordine dispositæ, Carmen aliquod: quo & Mœcenatem operis, atq; opus ipsum verbis hisce commendat.

O quem te memorem vir præstantissime, regni
Florentis semper gloria liligeri?
Immortale dec⁹ patriæ, velut anchora sacra es
Vindice te nulli fas glomerasse dolos.
Tu mirâ caussas dirimis grauitate forenses,
Nestoreusq; tuo manat ab ore lepos.
Stemmata si coner gracili celebrare camœna,
Pondere sub tanto cymbula nostra gemet.
Iure, tuis igitur tenues volitare per auras
Auspicijs, gestit floridus iste liber.
Abdita qui retegens oracula sacra Tonantis,
Nectareos latices spirat, & ambrosiam.
Sumptibus ista suis Veterū monumēta Niuellus,
Vulgauit summâ dexteritate Patrum.

Fuit hic Anthonius de Essars, Liriaci Dominus, & in Prætorio ciuili Suppræfectus Regius.

CONRADVS MERHET de VVida, Herbipolensis Cartusiæ ex professo Monachus, tanta tamque grandia perpulchro charactere diuersis in Domibus scripsit volumina, vt fidem propemodū superet. In vna (fuit verò in pluribus) triginta & ampiius in vsum chori ac bibliothecæ, propriâ manu solus exarauit, minoribus exceptis: adeo vt hoc nostro æuo vix Monachos decem tale quid in se suscepturos dixerim. De hoc Chronicon quodam

Digitized by Google

dam Cartusiæ Erphordiensis M.S. commemorat, quod fuerit Scriptor celebris, Cantorque doctissimus; & quod tandem, dum quinquaginta & amplius annos laudabiliter admodum in Ordine exegisset, oculorum lumine (haud dubio ex continua illa scriptione) destitutus, obierit in horto Christi propè Noertlingam, anno nimirum redempti Orbis septuagesimo nono, post mille quadringentos. Vtrum verò suapte Marte librorũ aliquid (quod tamen verisimile arbitror) elaborauerit, me latet. Quanquam quæ dicta sunt, meritò dignum eum faciant, qui inter Cartusianæ huius Bibliothecę Scriptores, locum sortiatur suum.

Superest etiamnum huius seculi anno octauo.

Cornelivs Grasivs, in vrbe Antwerpia, Europæ emporio longè celeberrimo, parentibus tam vitæ probitate, quàm opum magnitudine famosis, prognatus, cùm ob fidei immutatæ rationem (desciuerant enim tunc ab auitæ religionis constantia nobiles aliquot Belgicæ vrbes) paternis relictis laribus, Coloniam sese contulisset, ibique ad prosequendam mercaturam animum applicasset, tandem diuini numinis adflante spiritu, posthabitis tam splendidæ fortunæ possessionibus, ad longè præstantiorem mercatum mentem cœpit transferre. Similis nimi-

nimirum isti Euangelico negotiatori, cui bonas quærenti margaritas, vna pretiosissima sese obtulit, quam venditis omnibus sibi compararet. Quæ quidem verba Diuus explicans Bernardus, vel quisquis est auctor *a* homiliæ istius, in qua expresso Euangelicus hic explicatur textus; *quænam est*, inquit, *tam preciosa margarita, pro qua vniuersa dare debemus, id est nosmetipsos, quia totum dedit, qui se ipsum obtulit, vt poßimus eam habere? Nonne religio sancta, pura & immaculata, in qua homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, purgatur citius, præmiatur copiosius?* Atque hæc aliaque secum agitante animo, Coloniensi Cartusiæ, anno superioris seculi nonagesimo secundo, solemni sese professione deuouit. Vbi & post obitum sympatriotæ sui, P. Zachariæ Lippeloi, cœpit in exornandis rebus gestis Sanctorum, à præfato Lippeloo ex senis P. SVRII Tomis in compendium contractis, peruigilem sanè nauare operam: adeò vt quas ille Diuorum vitas, immatura potius quàm inopinata morte præuentus, ad correctionis limam reuocare non potuit, hic recensuerit, emendauerit, locupletauerit. Quarum quidem iustæ magni-

Matth. 13. v. 45.

a Reperitur ad calcem operum D. Bernardi maximè in recẽtioribus exempl.

Digitized by Google

dam Cartusiæ Erphordiensis M.S. commemorat, quod fuerit Scriptor celebris, Cantorque doctissimus; & quod tandem, dum quinquaginta & amplius annos laudabiliter admodum in Ordine exegisset, oculorum lumine (haud dubio ex continua illa scriptione) destitutus, obierit in horto Christi propè Noertlingam, anno nimirum redempti Orbis septuagesimo nono, post mille quadringentos. Vtrum verò suapte Marte librorũ aliquid (quod tamen verisimile arbitror) elaborauerit, me latet. Quanquam quæ dicta sunt, meritò dignum eum faciant, qui inter Cartusianæ huius Bibliothecę Scriptores, locum sortiatur suum.

Superest etiamnum huius seculi anno octauo.

CORNELIVS GRASIVS, in vrbe Antwerpia, Europæ emporio longè celeberrimo, parentibus tam vitæ probitate, quàm opum magnitudine famosis, prognatus, cùm ob fidei immutatæ rationem (desciuerant enim tunc ab auitæ religionis constantia nobiles aliquot Belgicæ vrbes) paternis relictis laribus, Coloniam sese contulisset, ibique ad prosequendam mercaturam animum applicasset, tandem diuini numinis adflante spiritu, posthabitis tam splendidæ fortunæ possessionibus, ad longè præstantiorem mercatum mentem cœpit transferre. Similis

nimi-

nimirum isti Euangelico negotiatori, cui bonas quærenti margaritas, vna pretiosissima sese obtulit, quam venditis omnibus sibi compararet. Quæ quidem verba Diuus explicans Bernardus, vel quisquis est auctor *a* homiliæ istius, in qua expresso Euangelicus hic explicatur textus; *quæ nam est*, inquit, *tam preciosa margarita, pro qua vniuersa dare debemus, id est nosmetipsos, quia totum dedit, qui se ipsum obtulit, vt possimus eam habere? Nonne religio sancta, pura & immaculata, in qua homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securius, moritur confidentius, purgatur citius, præmiatur copiosius?* Atque hæc aliáque secum agitante animo, Coloniensi Cartusiæ, anno superioris seculi nonagesimo secundo, solemni sese professione deuouit. Vbi & post obitum sympatriotæ sui, P. Zachariæ Lippeloi, cœpit in exornandis rebus gestis Sanctorum, à præfato Lippeloo ex senis P. SVRII Tomis in compendium contractis, peruigilem sanè nauare operam: adeò vt quas ille Diuorum vitas, immatura potius quàm inopinata morte præuentus, ad correctionis limam reuocare non potuit, hic recensuerit, emendauerit, locupletauerit. Quarum quidem iustæ magni-

Matth. 13. v. 45.

a Reperitur ad calcem operum D. Bernardi maximè in recẽtioribus exempl.

magnitudinis tomi quatuor proſtāt apud Bernardum Gualtheri, Agrippinenſem bibliopolam haud incelebrem, vti bona fide, ſic & eleganti ſtilo conſcripti. Edidit etiam belgicum quendam Tractatulum de ſacrificio Miſſæ, impreſſum Coloniæ, apud Bernardum Gualtheri in 12. Porrò idem GRASIVS inſigni quoque nouorum librorum ſuppellectili noſtram adauxit bibliothecam; aliorum conatus prouocare æmulationē, quo & ipſi ſuam, in hanc rem tàm piam, ac communi totius Conuentus emolumēto fructuoſam, liberalitatem exerceant.

Incertum habeo quando vixerit.

COSMAS ABECEDARIVS, quem mihi Patres noſtri Herbipolenſes ſuggeſsêre, licet hactenus ne de nomine quidem eum nouerim. Quem tamen referunt carmine edidiſſe librum, cui titulus, **planctus triumphi, ſeptem continens coronas*: prodijſſe verò Mantuę in Ciſalpina Gallia, in forma octaui. Vtrum verò loci iſtius (eſt namque Mantuę Cartuſia non incelebris) profeſſus fuerit, & qua ętate vixerit, haud commemorant.

** Reperitur in Bibliotheca Cartuſiæ Buxianæ.*

Viuebat ſub Maximiliano 2.

COSMAS FESTINVS, Laudenſis, quæ ciuitas non longè Mediolano diſtat, pia quædam (vti *a* Poſſeuinus ait) edidit Poëmata, vixitque Maximiliano II. Imperante. Et fortè hic idem eſt cum ſuperiore.

a In apparatu ſuo ſacro.

Digitized by Google

riore illo COSMA ABECEDARIO; de quo tamen nihil certi queo ſtatuere; quòd nec huius, nec illius vſpiam mentionem inuenerim, vnde hoc pro comperto affirmare liceat.

CRVSIANVS natione Florentinus, ex Medico factus eſt Cartuſianus. Quem tamen quia Scriptores alij, TRVSIANVM nominant, idcirco illius mentionem ad literam T. vbi ex profeſſo de illo agendum, differemus.

Claruit circa ann. Domini millesimum trecentesimum.

D.

DIONYSIVS RICKELIVS, quodam Hasbaniæ vico natus, parentes habuit admodum honeſtos, ſecundum ſeculi fortunam haud infimæ conditionis, quibus auitum genus de Leuwis indidit cognomen. De cuius doctiſſimis lucubrationibus rebuſq; ſanctiſſimè geſtis, conſule Vitam illius, quam P. Theodoricus Loeherius accuratè cōſcripſit. Quin & Dorlandus libro ſeptimo plurima admiratione digna de hoc Beatiſſimo Patre commemorat: quem & nos ibidem NOTIS noſtris ab aliorum defendimus calumnijs. Phraſis quidem illius pro naſutiſſimi doctiſſimique huius ſeculi ratione ſimplicior humiliorque eſt, verum nihilominus habet eruditionis plurimum. Quis autem ſit tam inſipiens, vt contem-

Migrauit ad Dominum, anno 1471. in feſto D. Gregorij Papæ.

Digitized by Google

nendùm putet arculam ligneam pretiosissimas gemmas continentem? Obsecutus est DIONYSIVS suo æuo: qui si in hęc tempora incidisset, Patrumq; monumentis tanto vti numero licuisset, alijsque politioribus literis, fortassis nemini ille secundùm se in omni disciplinarum genere præbuisset. Aderat namque ei ingenium perspicax, aderat memoria ad stuporem vsque tenacissima, aderat voluntas proximorum saluti totam se impendere gestiens; atque hisce impellentibus, noctes atque dies dulce habuit transigere studio legendi, scribendi, orandi, meditandi, contemplandi; & ad id vsq; sanctitatis excreuit, vt quæ de ipso verissimè à fide dignis referuntur, penè fidem excedere videantur. Verum enimuerò apud rerum spiritualium peritos videntur ista admiranda quidem, sed tamen possibilia, quia omnia possumus in eo qui nos confortat: imò & ipse Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Porrò tanta est operum DIONYSII moles, vt librorum multitudine longè superauerit Diuum Aurelium AVGVSTINVM, nullo penitus vsus amanuensi. Quippè cùm omnia propria conscripserit manu, sicuti eandem etiamnum videre licet ex ingentibus aliquot voluminibus, Ruræmundam hinc

(cùm

Digitized by Google

(cùm alioquin nobis iure typographico debebantur) paucis ante annis asportatis. Quorum quidem euulgandorum insignem reuera nauauit operam nostræ huius Cartusiæ alumnus P. THEODORICVS Loeherius, vir æterna memoria dignus. Qui hocce negotium satis fœliciter auspicatus, fœlicius consummauit, quantumuis frustra alij huic negotio animum calamumque applicassent. Nam Pater GREGORIVS REISCHIVS, Friburgensis Prior, ac primarius Rhenanæ Prouinciæ Visitator, etsi præsens in Capitulis aliquot Generalibus, necnon apud industrios quosdam, ac percelebres rei typographicæ Antistites, (Frobennium dico ac Amorbachium) plurimum in hanc rem laboris impendisset, non quiuit tamen voto potiri suo, atq; hunc tam præclarum animi conceptum (tametsi ad hoc perurgendum ducatorum centena aliquot coaceruata fuissent) ad optatum perducere finem. Cùm interim illo conquiescente, ac de rei conficiendæ difficultate animum abijciente, noster hic THEODORICVS (magnarum hic vigor est mentium, ac generosa fortissimi pectoris indoles, sub tanto nimirum grauaminis onere non fatiscere) paucorum decursu annorum rem omnem fœlicissi-

Digitized by Google

mè transegit, adeo vt plurimum debeat DIONYSIVS Loeherio; quippè ab illo renatus, atque è tenebris in lucem prolatus. Et quid quæso suauius, quàm possidere atrium, quod ipse ornaueris? gestare arma quæ ipse confeceris? frui aruo quod ipse colueris? Quæ quidem fœlicitas tibi, mi THEODORICE, pro voto contigit, vt neminem hunc EXTATICVM DOCTOREM in solidum tibi iure meritissimo vendicare queas.

PORRÒ scripsit DIONYSIVS noster, vir extra omnem controuersiam, scientia & pietate admirabilis, de omnium castigatione ordinum: vt quod concionando non poterat, calamo suppleret. Et ne desidiæ inertiæque argueretur (huius namque solent plerumq; Cartusianos arguere illi, qui vitæ nostræ penitus ignari sunt) innumeras edidit summo labore lucubrationes, quas hîc in gratiam Lectoris libenter recensebimus.

ELENCHVS OMNIVM LIBRORVM B. PATRIS DIONYSII RICKELII, *quem ipsemet auctor aliorum rogatu suâ conscripsit manu.*

A Religiosis alijsque venerandis amicis frequenter, atque per plures annos,

nos, ego frater DIONYSIVS Cartusiẽsis rogatus sum scribere nomina seu titulos opusculorum meorum. Distuli autẽ hucusque, reputans apud me ne fortè hoc ipsum vanitati, non virtuti asscribatur, præsertim quum quidam magnorum sua legãtur occultasse opuscula pro posse, quoad vsque vixerunt in carne. Sed reclamauit synteresis virtus, submurmurans & affirmans: & si bonum est talia ex humilitate celare, melius tamen & fructuosius est ex charitate huiusmodi propalare & cõmunicare. Cùm & sacratissimus dicat princeps Apostolorum: *Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes.* In Ecclesiastico quoque legitur: *Thesaurus inuisus & sapientia abscondita, quæ vtilitas in vtrisque?* Ad hoc accedit & confert, quod Michaël dixit Archangelus: *Qui multos erudiunt ad iustitiam, fulgebunt vt stellæ in perpetuas æternitates.* Interea forsan quis dicet: iam tot & tanta à sanctis Catholicis viris, illuminatis doctoribus conscripta sunt, vt opus non sit plura conscribere. Verùm ad hoc Ioãnes Cancellarius Parisiensis respondet: *In mensa sapientiæ, in refectorio militantis Ecclesiæ, in conuiuio Christi, condecet aßiduè noua fercula exhiberi, diversaq; alimenta proponi; vt cuius internũ palatum vnum pabulum, aut non, aut minus delectat,*

1. Pet. 4.

Eccl. 20.

Daniel. 12.

Ioan. Ger.

lectat, aliud prouocet. Nam iuxta varietatem gustus corporei, inuenitur differentia gustus interni: & quosdā vetera, quosdā noua magis oblectant. Hinc inductus, statui prætactæ obtēperare petitioni, potissimè tamen adhoc, quoniam scio quod multa mihi ascribuntur opuscula, quæ non feci, quæ vtiq; tantæ eminentiæ esse queunt, vt tantæ imperitiæ defectuositatisq́; homini ipsa indecēs sit ascribi. Nihilominus quædam illorum talia fortè sunt, vt non mihi duntaxat, sed & ordini sancto scandalum cōsisteret, talia edita esse à fratre religionis tam sanctæ. Verum quādo ista scribo, ad discernēdum opuscula mea ab alijs, nō reor sufficere titulos seu nomina opusculorum exprimere, nisi & eorundem exordia finesq́; tangantur. Siquidem & à diuersis frequenter conscripti sunt libri nominum eorundem, & de eisdem materijs. Istud tamen pro nunc nequeo adimplere, quoniam opuscula ipsa mea pro maxima parte iam alijs sunt concessa, nec exordiorum ac terminorum ipsorum recordor, nisi quod omnia vel penè omnia finiūtur his verbis: *Qui est sup̄ omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.* Per articulos quoq; procedo. Ex stilo, item tenore & forma poterunt probabiliter saltem decerni. Insuper ad vitandam prolixitatem ac iactan-

tiæ

tiæ speciẽ, possem multa summatim perstringere, ita scribendo. *Super totã Bibliam scripsi*, sed quoniam multi hoc ipsum egerunt, & plures super quosdam Bibliæ libros scripserunt, ex illa breui summaria perstrinctione, expositiunculæ meæ seu commentariola ab aliorum expositionibus & commentarijs discerni nõ possent, cogor sigillatim exprimere. Quantum itaque occurrit memoriæ. Primò scripsi super librum Psalmorum.

Quinquagenæ prima. Procœmium: Dixit Dauid filius Isai, dixit vir cui cõstitutum est de Christo Dei Iacob egregius psaltes Israel Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. *2.Reg.23.*

Quinquagenæ secundæ. Proœ. Testimonium perhibẽs Deus Dauid, dixit: Inueni Dauid virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. *Actor.13.*

Quinquagenæ tertiæ. Proœ. Dedit Dauid confessionem sancto & excelso, & de omni corde suo laudauit Deum, qui fecit illum. *Eccles.47.*

¶ Et librum illum psalmorum, quantum desuper datum est, literaliter, allegoricè, tropologicè, & anogogicè exposui, quantum textus ipse permisit.

Super septẽ Psalmos Pœnitentiales. Proœ. Scrutemur vias nostras, & quæramus, *Tren. 3.*

& reuertamur ad Dominum. Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos. Nos iniquè egimus & ad iram prouocauimus Deum.

Eccleſ. 49. *Super Iſaiam.* Proœ. Iſaias Propheta magnus & fidelis in conſpectu Dei, ſpiritu magno vidit vltima, & conſolatus eſt lugentes vſque in ſempiternum.

¶ Hunc librum ſicut & cæteras veteris Teſtam. ſcripturas, literaliter ſpiritualiterque expoſui.

Eccleſ. 45. *Super Geneſim.* Proœ. Dilectus Deo & hominibus Moyſes, dedit illi dominus legem vitæ & diſciplinæ, docere Iacob teſtamentum & iudicia ſua Iſrael.

Prou. 8. *Super Exodum.* Proœ. Iuſti ſunt omnes ſermones mei, & non eſt in eis prauũ quid neque peruerſum.

Prouer. 3. *Super Leuiticum.* Proœ. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitijs frugum tuarum, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.

Eſai. 40. *Super librum Numeror.* Proœ. Qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat.

Prouer. 7. *Super Deuteronom.* Proœ. Serua mandata & legem quaſi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tui liga eam.

Super

Digitized by Google

Super librum Iosue. Proœ. Fortis in bello Iesus Naue, successor Moysi in Prophetis, qui fuit magnus secũdùm nomen, maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hæreditatem Israel. *Eccles. 46.*

Super librum Iudicum. Proœ. Iudices singuli suo nomine, quorum non est corruptum cor, qui non auersi sunt à Domino, vt sit memoria illorum in benedictione. *Eccles. 46.*

Super librum Ruth. Articulus, i. Teste S. Hieronymo, &c.

Super quatuor libros Regum. Proœ. Reges ex te egredientur. *Gene. 17.*

Super libros Paralipom. Proœ. Deus fecit ex vno homine.

Super Esdram. Proœ. Lex veritatis fuit in ore eius.

Super Neemiam. Proœ. Neemias in memoria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, & erexit domus nostras. *Eccles. 49.*

Super Tobiam. Proœ. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. *Prouer. 2.*

Super Iudith. Proœ. Hæc vocabitur virago. *Genes. 2.*

Super Hester. Proœ. Sicut Sol oriens in mũdo in altissimis Dei, sic & mulieris bonæ species in ornamentum domus suæ. *Eccles. 26.*

Prou. 3. *Super Iob.* Proœ. Disciplinam Domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corriperis, quem enim diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.

Super Psalterium. vt suprà.

3. Reg. 3. *Super librum Prouerbiorum.* Proœ. Dixit Dominus Solomoni, quoniam postulasti sapientiam, ecce dedi tibi cor sapiens atque intelligens in tantum, vt nullus ante te similis tibi fuerit, nec post te surrecturus sit.

Prou. 1. *Super Ecclesiasten.* Proœ. Quemadmodum Solomon tria sortitus sit nomina, & iuxta illorum trium nominum interpretationem tria ediderit volumina, ad tres hominum status spectantia, introductum est suprà.

Esaie 6. *Supra Cantica Canticorum.* Proœ. Gaudebit Sponsus super Sponsam.

Luc. 4. *Super Ecclesiasticum.* Proœ. Mirabantur omnes in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius.

Super Isaiam. vt suprà.

2. Mach. 15. *Super Hieremiam.* Proœ. Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias Propheta Dei, vir ætate & gloria mirabilis, & habitudine magni decoris.

Super

Digitized by Google

Super Threnos. Proœ. Videns IESVS ciuitatem fleuit ſuper eam. Luc. 9.

Super Baruch. Proœ. Dixit Baruch ad principes Iudeæ, Ex ore ſuo loquebatur Hieremias quaſi legens omnes ſermones iſtos & ego ſcribebam in volumine atramento. Hiere. 36.

Super Ezechielem. Proœ. Sapientia per nationes in animas ſanctas ſe trãsfert, amicos Dei & prophetas conſtituit. Sapien. 6.

Super Danielem. Proœ. Non faciet Dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Amos 3.

Super duodecim Prophetas minores. Proœ. Sapientiã omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis vocabit. Eccleſ. 39.

Super libros Machabæorum. Proœ. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorũ. Catulus leonis Iuda. Gene. 49.

In omnes libros Noui Teſtamenti.

Super Matthæum. Proœ. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena, & quaſi ſol refulgens, ſic iſte effulſit in domo Dei. Eccleſ. 50.

Super Marcum. Proœ. Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum. Sapien. 50.

Super Lucam. Proœ. Doctrinam quaſi ante lucanum illumino omnibus, & Eccleſ. 24.

enar-

Digitized by Google

enarrabo illam vſque in longinquum, & illuminabo omnes ſperantes in Domino, & relinquam illam quærentibus ſapientiam.

Eccleſ.24.

Super Ioannem. Proœ. Ego ſicut aquæductus exiui à paradiſo, & fluuius meus propinquauit ad mare, quoniam doctrina quaſi antelucanum illumino omnibus.

Prouer.8.

Super omnes Diui Pauli Apoſtoli epiſtolas. Proœ. Audite me, quoniam de rebus magnis locuturus ſum, & aperiētur labia mea vt recta prædicent. Iuſti ſunt omnes ſermones mei.

Prouer.3.

Monopanton, id eſt, *vnum ex omnibus Epiſtolis B.Pauli ad materias contractum.* Proœ. Reuerendiſſimo in Chriſto patri.

Cantic.3.

Super Actus Apoſtolorum. Proœ. Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia.

Super ſeptem epiſtolas Canonicas. Proœ. Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Iſai.42.

Super Apocalypſim. Proœ. Ecce puer meus electus quem elegi, dilectus meus, in quo bene placuit animæ meæ, ponam ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium gentibus nunciabit.

Epitome, ſiue nobiliores ſententiæ totius Bibliæ. Proœ. Tota ſacræ Bibliæ ſcriptura diſtin-

Digitized by Google

distinguitur in duo Testamenta, Vetus videlicet & Nouum.

Hæc super Bibliam.

¶ TITVLI OPERVM DOCTRINALIUM *& de diuinis.*

In libros B. Dionysij Ariopagytæ.

Super Angelicam seu cœlestem hierarchiam. Proœ. Accessistis ad montem Sion & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cœlestem, & multorum militum Angelorum frequentiam. *Hebr. 12.*

Super Ecclesiasticam Hierarchiam. Proœ. Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis, sanctorum minister & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo. *Hebr. 8.*

Super libros de Diuinis nominibus. Proœ. Quis ascendit in cœlum atque descendit? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit oẽs terminos terræ? quod nomen est eius? & quod nomen filij eius si nosti? *Prou. 30.*

Super mysticam Theologiam. Proœ. Dominus dixit vt habitaret in caligine. *2. Paral. 1.*

Super vndecim Epistolas Dionysij. Proœ. Videte quoniam non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. *Eccle. 2.*

In

In quatuor libros Sententiarum.

Super quatuor libros Sententiarum, ſcripta doctorum ſcholaſticorum famatiſſimorum reduxi in vnum, videlicet Alexandri de Halis, Sancti Thomæ, Alberti magni, Bonauenturæ, Egidij de Roma, Petri de Tarentaſia , Richardi de media villa, Guilhelmi Pariſiẽſis, Domini Guilhelmi Antiſiodorenſis, Henrici de Gandauo, Vlrici, Scoti, & Hanibalis.

Super primum librum Sententiarum. Proœ. Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens.

Eccleſ. 43.

Super ſecundum librum Sententiarum. Proœ. Quis ignorat quod manus Domini fecit hæc omnia? in cuius manu eſt anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis.

Iob. 12.

Super tertium librum Sententiar. Proœ. Dixit Gabriel ad Danielem: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum vt deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum, & occidetur Chriſtus.

Daniel. 9.

Super quartum librum Sententiarũ. Proœ. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneæ: quia auerſus eſt furor meus ab eis.

Ente-

Digitized by Google

Enterione, id est, medullæ operum S. Thomæ.

Exhelcosis, id est, *excerptum primæ partis summæ*. Procе.Neminem dilig t Deus,nisi qui cum sapientia inhabitat. *Sapient.7.*

Exhelcosis primæ partis secundæ. Proœ. Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. *Eccles.3.*

Exhelcosis secundæ partis secundæ. Proœ. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. *Psalm.44.*

Exhelcosis tertiæ partis. Proœ. Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. *Prouer.3.*

Supplementum summæ ex scripto eiusdem S. Thomæ super Quartum sententiarum. Proœ. Vani sunt omnes homines, quibus non subest scientia Dei. *Sapien.13.*

Exhelcosis ex Summa D. Guilhelmi Antisiodorēsis. Proœ. Sicut vera dilectio diligitur Deus super omnia. *Matth.22.*

Super Boëtium de consolatione Philosophiæ literaliter & mysticè. Proœ. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol, stultus mutatur vt luna. *Eccles.27.*

Enarratio hymnorum præsertim veterum. Proœ. Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis & canti- *Ephes.5.*

canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris, Domino gratias agentes pro omnibus.

Expoſitio librorũ Ioannis Climachi. Proœ. Vidit Iacob in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: Ego ſum Deus.

Gene.28.

Translatio librorum Ioan. Caßiani ad ſtylum facillimum. Proœ. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis.

Pſalm.118.

De exemplis & documentis authenticis. Proœ. Sapientiam ſanctorum narrant populi, & laudem eorum nuntiat Eccleſia.

Sapien.3.

De ente & eſſentia. Proœ. Quemadmodum Ariſtoteles profitetur, Rerum aliquarum ſunt vniuerſales, aliquæ particulares.

Ariſtot. 1. perih.

De ſcientia Vniuerſalium. Proœ. Deſiderabilius eſt de ſublimibus, imo de vno alto ente pauculum ſcire, quam de decliuibus multam habere agnitionem.

Ariſtot. in 2. cæli.

Compendium Philoſophicum, ſeu elementatio Philoſophica. Proœ. Præcioſior eſt ſapientia cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari.

Prou. 3.

Compendium Theologicum, ſeu elementatio

Theo-

Theologica. Proœ. Comparate vobis ſapientiam ſine argento, & collum veſtrum ſubijcite iugo eius. *Eccleſ. vlt.*

De lumine Chriſtianæ Theoriæ, lib. 2. Proœ. Omnis proceſſio ſecundorum à primo, & conuerſio eorundem per ſimilitudinem efficitur vtrorumq;. Hos duos libros præclariſſimos, nuper in exordio ſecũdi Tomi minorum operum Dionyſij, dedimus in lucem: tametſi Articulo 52. offenderimus mutile exemplar. Si cuipiam integrũ occurrerit, in gratiam piorum proferat in lucem. Quod & de libris de diuina eſſentia, perditis petitur.

Dialogion de fide Catholica contra gentiles, cõtinens octo libros partiales. Proœ. Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, iuſtæ & veræ ſunt omnes viæ tuæ rex Sanctorum. Quis non timebit te & magnificabit nomen tuũ, quoniam tu ſolus pius es. Tu enim Domine creaſti omnia, & propter voluntatẽ tuam creata ſunt. Tu ſolus omnium dominaris, & in ditione tua cuncta ſunt poſita, quoniam tu ſolus æternus es. *Apoc. 15.*

Contra perfidiam Machometi, & contra multa dicta Sarracenorum libri quatuor. Regi magno ac præpotenti Imperatori Sarracenorum; omnibus legis Machometi

canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, Domino gratias agentes pro omnibus.

Expositio librorũ Ioannis Climachi. Proœ. Vidit Iacob in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ, dicentem sibi: Ego sum Deus.

Gene.28.

Translatio librorum Ioan. Caßiani ad stylum facillimum. Proœ. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis.

Psalm.118.

De exemplis & documentis authenticis. Proœ. Sapientiam sanctorum narrant populi, & laudem eorum nuntiat Ecclesia.

Sapien.3.

De ente & essentia. Proœ. Quemadmodum Aristoteles profitetur, Rerum aliquarum sunt vniuersales, aliquæ particulares.

Aristot. 1. perih.

De scientia Vniuersalium. Proœ. Desiderabilius est de sublimibus, imo de vno alto ente pauculum scire, quam de decliuibus multam habere agnitionem.

Aristot. in 2. cæli.

Compendium Philosophicum, seu elementatio Philosophica. Proœ. Preciosior est sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent comparari.

Prou.3.

Compendium Theologicum, seu elementatio Theo-

Theologica. Proœ. Comparate vobis sapientiam sine argento, & collum vestrum subijcite iugo eius. Eccles. vlt.

De lumine Christianæ Theoriæ, lib. 2. Proœ. Omnis processio secundorum à primo, & conuersio eorundem per similitudinem efficitur vtrorumq́;. Hos duos libros præclarissimos, nuper in exordio secũdi Tomi minorum operum Dionysij, dedimus in lucem: tametsi Articulo 52. offenderimus mutile exemplar. Si cuipiam integrũ occurrerit, in gratiam piorum proferat in lucem. Quod & de libris de diuina essentia, perditis petitur.

Dialogion de fide Catholica contra gentiles, cõtinens octo libros partiales. Proœ. Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ & veræ sunt omnes viæ tuæ rex Sanctorum. Quis non timebit te & magnificabit nomen tuũ, quoniam tu solus pius es. Tu enim Domine creasti omnia, & propter voluntatẽ tuam creata sunt. Tu solus omnium dominaris, & in ditione tua cuncta sunt posita, quoniam tu solus æternus es. Apoc. 15.

Contra perfidiam Machometi, & contra multa dicta Sarracenorum libri quatuor. Regi magno ac præpotenti Imperatori Sarracenorum, omnibus legis Machometi

doctoribus atque cultoribus quidam religiosus,&c.

Dialogus disputationis inter Christianum & Sarracenum de lege Christi, & contra perfidiam impiissimi Machameti. Proœ. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Ioan.3.

Epistola ad principes Catholicos paranetica, de instituendo bello aduersus Turcã. Proœ. Vniuersis principibus Christianis,&c.

Contra artes Magicas & errores VValdensium. Proœ. Caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur,& obseruet somnia atque auguria, ne sit maleficus nec incantator, neque phitones cõsulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem: Omnia enim hæc abominatur Dominus.

Deut.6.& 10.

Contra Superstitiones. Proœ. Dominum Deum tuum timebis,& illi soli seruies.

Deut. 6.

De natura æterni & veri Dei. Proœ. Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum. Ipse enim vnigenitus Dei patris in hoc natus est,& ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhibeat veritati.

1.Ioan. 5.

De diuina essentia. Nondũ est inuentum.

De ve-

Digitized by Google

De venustate mundi & pulchritudine Dei. Proœ. Vnus est altissimus creator omniũ, omnipotens rex metuendus nimis, sedens super thronum, dominans Deus. *Ecclef. 1.*

Creaturarum in ordinem ad Deum consideratio Theologica. Proœ. Delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuũ tuarum exultabo.

De distantia perfectionis diuinæ & humanæ. Proœ. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. *Matth. 5.*

De munificentia & beneficijs Dei. Proœ. Anima mea desiderauit te in nocte, ô vnigenite Patris æterni, sed & Spiritus meus in præcordijs meis sitiuit in te. *Psalm. 91. Esai. 26.*

De laudibus superlaudabilis Dei. Proœ. O Deus præstantissime, tu bonus naturaliter dominator altissime.

Laudes Dei deuotissimæ. Proœ. Tu Domine Deus noster naturaliter bonus es.

De donis Spiritus Sancti, lib. 4. Proœ. Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de cœlis. *Sapien. 9.*

Hora de Sanctissima Trinitate. Proœ. Adsit nobis semper immensa tua clementia Deus omnipotens Trinitas adoranda.

Horæ deuotissimæ de Passione Domini nostri

Digitized by Google

Psalm. 69. IESV *Christi*. Proœ. Deus in adiutorium meum intende.

Meditationes siue de modo recordationis dominicæ Paßionis. Hũc librum aliqui eundem asserunt iam olim euulgatum sub titulo, *De vita & beneficijs saluatoris*, cuius orationes habent plerunq; exordia: Benedico & gratias ago tibi Domine. Proœ. autem est. Si desideras perfectè mundari à vitijs, si nobiliter ditari in virtutibus, si altissimè illuminari in scripturis, si gloriosè triumphare de inimicis, si copiosè consolari in aduersis, si deuotè conuersari in terris, si frequenter compungi in cubilibus, si dulciter flere in orationibus, si frequenter accendi in meditationibus, si perseuerare in bonis actibus, si repleri spiritualibus gaudijs, si rapi in excessu mẽtis, si diuersis frui secretis, si feliciter mori in extremis, si perenniter regnare in cęlis, exerce te in vita, & in passione IESV Christi filij Dei.

Rom. 5. *Expositio Dominicæ paßionis secundùm quatuor Euangelistas.* Proœ. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Psalm. 110. *Expositio Missæ.* Proœ. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.

Dialogus de celebratione & sacramento Altaris.

Digitized by Google

taris. Proœ. Quicunque manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. 1.Cor.11.

Tractatus de ſacra Communione frequentanda. Proœ. Qui præeſt, in ſolicitudine præſit. Rom.12.

Sermones ſex de venerabili Sacramento. Proœ. Caro mea vere eſt cibus. Ioan.6.

De laudibus Beatiß. virginis M A R I AE, *lib. 4*. Proœ. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt Sol, &c. Cant. 6.

De præconio & dignitate eiuſdem libr. 4. Proœ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Geneſ. 3.

De mutua cognitione in patria. Proœ. Pater gloriæ dat vobis ſpiritum ſapientiæ in agnitione eius. Epheſ. 4.

De ſanctorum reliquiarumq; veneratione, & modo agendi Proceßiones. Proœ. Zelus domus tuæ comedit me. Pſalm.68.

¶ *Tituli operum quibus formatur Status hominum.*

De cauſa diuerſitatis euentuum.

De deformatione & reformatione Eccleſiæ. Nondum inuentum.

De autoritate & officio Summi Pontificis.

 Proœ.

Luc. 10. Proœ. Confitebor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti paruulis.

De poteſtate & iuriſdictione Summi Pontificis. Proœ. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te. Eccleſ. 4.

De authoritate generalium Conciliorum. Proœ. Verba ſapientum quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorum conciliũ data ſunt à paſtore vno, his amplius fili mi ne requiras. Eccleſ. vlt.

Actor. 20. *De vita & regimine Præſulum.* Proœ. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritusſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

De officio, vita, & regimine Archidiaconorum. Proœ. Iudicium duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Sapien. 6.

De regimine Prælatorũ. Nondum inuentum.

De officio Legati. Nondum inuentum.

De vita & ſtatu Canonicorum, Sacerdotum & miniſtrorum Eccleſiæ. Proœ. Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter.

Dialogus ſiue colloquium inter Patronum & Canonicum. Proœ. Quoniam me peccatorem grauem intueor, quid mirum ſi per meip- Hierem. 48.

meipſum Deum iudicem iuſtum accedere verear.

De vita & regimine Curatorum. Proœ. Sacerdotes Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius, incēſum enim Domini & panes Dei ſui offerunt, ideo Sancti erunt. *Leuit. 21. Epheſ. 4.*

De honeſta conuerſatione Clericorum. Nondum inuentum.

De doctrina Scholaſticorum. Proœ. Quemadmodum Ariſtoteles in libro ait Politicorum. Sicut omniū animalium optimū extat homo, ſi ſcientijs atq; virtutibus decoretur, ſic inter animantia vniuerſa viliſſimum prauiſſimumq́ue conſiſtit, ſi rationis gubernaculo derelicto, per vitiorū deuia gradiatur, ignorantiæ tenebris ſe inuoluens.

De vita Nobilium. Proœ. Quicunq; glorificauerit me glorificabo eum, qui autē contemnunt me erunt ignobiles. *1. Reg. 2.*

De regimine Principum, lib. 3. Proœ. Audite Reges & Duces, & intelligite Principes, diſcite iuuenes finium terræ, diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Si delectamini in ſedibus & in ſceptris, diligite ſapiētiam, vt in perpetuum regnetis. *Sapien. 6.*

Dialogus inter Chriſtum & Principē. Nondum inuentum.

Dialogus inter Christum, & principissam.

Psalm.12. Proœ. Illumina Domine Deus meus oculos meos, ne vnquã obdormiam in mortem.

2.Tim.2. *De vita militari.* Proœ. Labora ſicut bonus miles Chriſti.

De vita mercatorum, & iuſto pretio rerum.

Leuit. 13. Proœ. Nolite facere iniquum in iudicio, & pondere, in menſura, in regula, nec decipiat vnuſquiſq; proximum ſuum.

De regimine Politiæ. Proœ. Secundum

Eccleſ. 10. iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Qualis eſt rector ciuitatis, tales ſunt inhabitantes in ea.

De laudabili vita Coniugatorum. Proœ.

Geneſ.2. Dixit Dominus Deus: non eſt bonũ hominem eſſe ſolum, faciamus ergo illi adiutorium ſimile ſibi.

1.Cor. 7. *De laudabili vita Virginum.* Proœ. Virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

Geneſ. 18. *Inter Ieſum & ſenem Dialogum.* Proœ. Ne indigneris Domine IESV, ſi loquar ad te Dominum Deum meum, quum ſim puluis & ciuis.

Inter Ieſum & puerum Dialogus. Proœ.

Marc.10. Complexens IESVS paruulos, impoſuit manus ſuper illos & benedixit eos.

De vita & exemplis antiquorum Patrum. Nondum inuentum.

Depra-

De præconio, siue laude Ordinis Cartusiensis. Proœ. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Galat. 5.

Enarratio in tertiam regulam S. Francisci. Proœ. Quicunq; hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia super Israel Dei. Galat. 6.

De reformatione Claustraliũ. Proœ. Omnia honestè, & secundùm ordinem fiant in vobis. 1. Cor. 14.

De reformatione Monialium. Proœ. Vox sponsi: Aperi mihi soror mea Sponsa. Cant. 2.

De vita Solitariorum. Proœ. Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Tren. 3.

De vita & fine solitarij. Proœ. Super quẽ requiescet Spiritus meus, ait Deus benedictus, nisi super humilem & quietum, & tenentem sermones meos. Esai. 66.

De laude & præconio solitariæ vitæ. Proœ. Dixit Iesus discipulis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Marc. 6.

De vita Inclusarum. Proœ. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine. Psalm. 30.

¶ *Tituli eorum operum, quæ præmissos status in felicem dirigunt finem.*

Sermonum opus primum de tempore, cum enarrationibus Euangeliorum & Epistolarum

Malach.2. *dominicalium ad seculares.* Proœ. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirent, quia angelus Domini exercituum est.

Eccles.4. *Secundum opus ad eosdem, eodem modo de Sanctis.* Proœ. Laudemus viros gloriosos & patres nostros.

Hebr.3. *Sermonum opus tertium de tempore ad religiosos.* Proœ. Fratres sancti vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis vestrę Iesum.

Iacob.1. *Quartum opus sermonum ad religiosos de Sanctis.* Proœ. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, immaculatum se custodire ab hoc seculo.

Matth.7. *Summa de vitijs & virtutibus, siue illuminatorium salutaris scientiæ.* Proœ. Qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

2.Cor.5. Matth.7. *Contra pluralitatem Beneficiorum.* Proœ. Lata est porta & spaciosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrāt per eam. Quā angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

Matth.18. *Contra Simoniam, lib.1.* Proœ. Gratis accepistis, gratis date.

Actor.8. *Contra Simoniam, lib.2.* Proœ. Pecunia

tua

tecum sit in perditioné, existimasti enim donum Dei pecunia possideri.

Contra Auaritiam. Proœ. Venerabili ac deuotæ personæ.

Contra Ambitionem. Proœ. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem nõ sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sicut minister. *Lucæ 22.*

Contra vitium proprietatis Monachorum. Proœ. Primo videndum quid dicatur peculium.

Contra detestabilem cordis inordinationem in diuinis laudibus, alias inscriptus laus Cartusiana. Proœ. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. *Ecclef. 10.*

De modo deuotè psallendi. Proœ. In omni opere Dauid dedit confessionem Deo excelso & sancto in verbo gloriæ, & de omni corde suo laudauit Deum, & dilexit Dominum qui fecit illum. *Ecclef. 47.*

De modo & ordine iudicandi & corripiendi. Proœ. Quæstionem mihi proposuistis.

De actu Visitationis. Nondũ inuentum.

De grauitate ac enormitate peccati. Proœ. Deus solus est, & cognitionem eius nemo auertere potest, idcirco à facie eius turbatus sum, & cõsiderãs eũ, timore solicitor. *Iob. 29.*

Dia-

Dialogus de conuersione peccatorũ. Proœ. Conuertere ad Dominum Deum, quoniam corruisti in iniquitate tua.

Oseæ 14.

De arcta via salutis, & contemptu mundi. Proœ. Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, aut quid requirat Dominus à te, vtique facere iudicium & iustitiam, & solicitum ambulare cum Deo.

Mich. 16.

Speculum amatorum mundi. Proœ. Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

Ephes. 5.

Institutio siue exhortatorium nouitiorum. Proœ. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

Lucæ 9.

De votis & professione Religiosorum. Proœ. Excellentiorem viam vobis demonstro. Si linguis hominũ loquar & angelorum, charitatem autem nõ habeam, factus sum velut æs sonans, & cymbalum tinniens.

1. Cor. 13.

De fructuosa temporis deductione. Proœ. Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Psalm. 18.

De triplici via. Nondum inuentum.

De via Purgatiua. Proœ. Volens purgari de peccatis, gratiam & indulgentiam consequi salutarem, in scripturis illuminari, & tandem totus Christo inardescere.

De via purgatiua Exercitium. Proœ. Sicut di-

ut dicit Apostolus: Stultum fecit Deus sapientiã huius mundi, mundus enim stultam reputat scientiam Dei.

De mortificatione viuifica & reformatione interna. Proœ. Pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. *2. Cor. 5.*

De fonte lucis & semitis vitæ. Proœ. Quis sapiens ac intelliget ista? intelligens & sciens hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis. *Osea. 14.*

De remedijs tentationum. Proœ. Militia est vita hominis super terram. *Iob. 7.*

De discretione Spirituum. Nondum inuentum.

De passionibus Animæ. Proœ. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cœlo cœlestis. Igitur sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem cœlestis.

De puritate & felicitate Animæ. Proœ. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Matth. 5.*

Cordiale, siue Præcordiale. Proœ. Quid dilecte mi? quid dilecte cordis mei? quid est amantissime frater? Ne dederis cor tuum vanitati, neque dispergas animã tuam in multis. *Prou. 31.*

De custodia Cordis, & profectu spirituali.

Proœ.

Eccles. 26. Proœ. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, pudorata & tacita.

Rom. 15. *De gaudio Spirituali*. Proœ. Deus ſpei repleat nos omni pace & gaudio in credē-do, vt abundemus in ſpe & virtute Spiritus ſancti.

Rom. vlt. *De pace interna*. Proœ. Deus patientiæ & ſolatij det nobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundùm Ieſum Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificemus Deum & patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

De eleuatione mentis in Deum. Nondum inuentum.

Luca 18. *De Oratione*. Proœ. Oportet ſemper orare & non deficere.

Iob. 20. *De Meditatione*. Proœ. Cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſum rapitur.

Sapien. 8. *De Contemplatione*. Proœ. Sapientiam amaui & exquiſiui à iuuētute mea, & quęſiui Sponſam eam mihi aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.

Actor. 2. *Sonus epulantis*. Proœ. Omnes qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſsiones & ſubſtātias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

Deut. 4. *Inflammatorium diuini amoris*. Proœ. Quid dominus Deus tu⁹ requirit à te, niſi vt diligas eũ in toto corde tuo, & in tota

anima

Digitized by Google

anima tua, & omnibus viribus, & ambules in omnibus vijs ipsius?

Dialogus de charitatis profectu. Nondum est inuentum.

Dialogus de perfectione charitatis. Nondum inuentum.

De regulis vitæ Christianorum. Proœ. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut Christus ambulauit, & ipse ambulare. Nondum est inuentum. *1. Ioan. 2.*

De particulari iudicio & obitu singulorum. Proœ. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonũ siue malum. *2. Cor. 5.*

De quatuor hominis nouissimis. Proœ. Gens absque consilio est & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. *Deut. 23.*

Collationes duæ pro Capitulo generali Ordinis Cartusiens.

Collatio missa Capitul. generali fratrum Minorum de Obseruantia.

Epistola ad vniuersos Principes Christianos.

Epistolæ multæ ad Car. Nico. de Cusa Leg.

Epistol. ad Episc. Leodiens. Ioan. de Hynsberg.

Epistol. ad Episc. Leodiens. Ludouicum de Burbon.

Epist.

Digitized by Google

Epist. ad Episc. Monasteriens. Ducem Bauariæ.

Epist. ad Episc. Traiectens. Dauid de Burgundia.

Epistola ad Principes Geldriæ.

Epistola de cursu ad S. Michaëlem. Proœ. De super illustrari.

Epistola contra desperationem.

Epistola pro quodã tribulato. Proœ. Charissime Pater, vestræ afflictioni multum condoleo, tamen si informationem accipere vultis, in promptu est medicina.

Epistola Consolatoria ad quãdam Viduam.

Epistola ad Arnoldum Campion. Aduocatũ & Iuris Doctorem, qua respondet quibusdam satis arduis quæstionibus.

Elegia de Iudicio mortis, & varijs casibus eius. Proœ. Lex metuenda premit, mortalibus omnibus vna:

Et varia item alia Carminum genera: *Sermones, Collationes, Epistolæ & solutiones dubiorum sine numero.*

Apocalypsis siue reuelationes sibi à Domino Deo factæ.

Finis Elenchi.

D. DIO-

Digitized by Google

D. DIONYSII CARTVSIANI protestatio ad superiorem suum, quo motiuo sua in vtrunque testamentum conscripserit commentaria, operaqúe reliqua.

EGO frater DIONYSIVS toto corde profiteor, quod sacram Scripturam exponere, paruitatem meam omninò transcendi, tam quantum ad scientiam & rationem professionis (quia Monachus sum, cuius est lugere & illuminari, potius quam docere vel illuminare) quam ratione vitæ meæ, intantum imperfectæ & miseræ: sed in bonitate & gratia Spiritus sancti, qui abiecta & contemptibilia, & ea quæ non sunt, infirma quoque & stulta mundi eligere consueuit, confidens, hucusque exercitium istud cõtinuaui, & quãtum in me est, paratus sum prosequi, dũmodo sapientiæ vestræ iudicio placitum fuerit. Deprecor autem bonitatem Spiritus sancti, vt in id quod est magis ad gloriam suam, & meum & aliorũ profectum, mentem vestram inclinare dignetur. Præterea fateor, quod quantum meipsum pro viribus examinando reprehendere queo, non sum mihi conscius, quod ex aliqua

vanitate, vel propter finem vilissimum, scilicet propter famam, vel aliquid tale priuatum, temporaleve commodum exercitium istud assumpserim vel prosequi optem; imò potius, vt occupando me quotidiè in Scripturis, secundùm eas viuere valeam, veniendo ad veram humilitatem, mansuetudinem, patientiam, quibus summè indigeo. Et si aliter est, vel alio fine hæc ago, tunc sum benè & nimis miserrimus; vtputa documentis sacræ Scripturæ tam inaniter, & insipienter abutens. Totis tamen præcordijs DEO gratias ago, quod tam iuuenis religionem ingressus sum, vtputa viginti vnius anni existens. In qua nunc per gratiam DEI quadraginta sex annis permansi, in quibus assiduè, DEO laus, extiti studiosus, & multos legi authores, scilicet super Sententias, THOMAE, ALBERTI, ALEXANDRI de Halis, BONAVENTVRAE, PETRI de Tharento, AEgidij, Richardi de media Villa, Durandi & aliorum. Libros etiam Sanctorum. HIERONYMI super omnes Prophetas, & alia multa volumina eius, AVGVSTINI, AMBROSII, GREGORII, Dionysij Ariopagytæ, Doctoris mei electissimi, Origenis, Gregorij Nazianzeni, Cyrilli, Basi-

Nota tanti viri humilitatem.

Basilij, CHRYSOSTOMI, Damasceni, Boëtij, Anselmi, Bernardi, Bedæ, Hugonis, Gersonis, GVILIELMI Parisiensis. Præterea summas omnes vulgares & Chronicas, totum IVS, Canonicum & Ciuile, quantum mihi conueniebat, multos commentatores vtriusq; Testamenti, & quicquid naturalium Philosophorum habere potui, Platonis, Procli, Aristotelis, Auicennæ, Algaselis, Anaxagoræ, Auarrois, Alexandri, Aphorabij, Abubatheris, Euempote, Theophrasti, Themistij, ac aliorum. Verum quo exercitium istud magis est spirituale, laboriosum studio & negotio plenum, eo videtur mihi salubrius, siue accommodatiùs ad mortificationem sensualitatis, & carnalium desideriorum. Fecit etiam libentiùs me manere in solitudine. Quamuis insuper scriptura sit multum euidenter & copiosè exposita à magnis doctoribus, sanctisque Patribus, tamen (vt GERSON scribit) sicut exterior gustus secundùm personas & tempora diuersificatur, & nunc isto nunc illo cibo delectatur, interdū quoq; vilioribus edulijs amplius exhilaratur & confouetur: Ita & de interioris gustus palato cẽsetur. Vnde in fine secundi Machabæorum inducitur, quod *alternis vti delectabile est, & nūc*

2. Mach. 15. 40.

F 2 *aqua*

Digitized by Google

aqua nunc vinum delectat. Postremò Gerson docet, quod in mensa sapientiæ noua semper fercula proponi debent. Absit tamen à me, abiecto atque vilissimo, vt arbitrer me in mẽsa sapientiæ recentia fercula posse ponere. Sed vt S. Hieronymus ait: *In domo Dei vnusquisq; offert quod potest, nec aliorum opes, aliorum inopia queunt fœdari, imò magis ornantur: quia opposita iuxta se posita magis illucescunt*. Ita secundùm Augustinum in libro de Trinitate: *Expedit de eadem materia plures fieri libros, quia non omnium scripta ad omnes deueniunt*. Et secundùm eundem: *Noua aliquibus amplius placent & conferunt*. Sunt autem & aliæ causæ me mouentes, quas propter breuitatem omitto: & ne me ad obtinendam licẽtiam videar nimis armare. Nec istas tetigi intentione armandi me, &c. sed vt iuxta vestræ paternitatis commissionem, scriberem atque ostenderem vobis, quid cordis in isto exercitio geram. Itaque sub P. V. correctione scripta sunt hæc: quia & hæc scribere mihi commisistis.

Lib. 1. de Trinit. ca. 3.

CAETERVM obijt hic pientissimus iuxta ac doctissimus Pater anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo primo, ipso Diui GREGORII, magni vtique totius Ecclesiæ Doctoris: cùm etiam interim hic Dionysius noster EXTATI-

TATICI nomen Doctoris meruerit, quemadmodum ante illum D. Thomas ANGELICVS est dictus; Bonauentura, SERAPHICVS; Scotus SVBTILIS, alij alia à professione sua præclara sortiti sunt nomina.

Interim verò quæ de reperto B. Patris DIONYSII corpore, ac miraculis ab ipso recenter editis (reliquiæ namq; illius sub ruderibus Anno 1608. ipso Diui Gregorij die, quo & obijt, inuentæ, & effossæ sunt) aliorũ relatu habeo, malim aliquando Reuerendiss. Domini HENRICI CVYCKII, loci istius Episcopi, testimonio in lucem prodire, quàm paucis ea hic complecti.

Migrauit ex hac vita anno 1461. ipso D. Thomæ Apostoli.

DOMINICVS N. Cartusiæ Treuirensis alumnus, natione fuit Pruthenus, conuersatione deuotus, ac vitæ sanctimonia admirandus, adeo vt omnia illius scripta non nisi eximiam quandam pietatem spirent. De quo nos latiùs equidem egimus in NOTIS nostris seu elucidationibus ad Chronicon Petri Dorlandi: qui etiam eximias virtutes ipsius magnis laudum extollit præconijs, nempè libro septimo, capite secundo, tertio, & quarto. Scripsit porrò volumen prænotatum SONVS EPVLANTIS, quod comedendo fermè & ruminando in cellæ solitudine edidit.

Scripta huius P. Dominici.

Aliud rursus, CORONAE B. MARIAE. In quo vitam ipsius lapidibus pretiosis comparat. Itemque librum EXPERIENTIAE; cui varias diuinitus sibi factas reuelationes, in tertia loquens persona, interserit. Et hæc quidem sunt quæ Posseuinus ex Eisengreinio ab hoc Patre DOMINICO scripta prodijsse commemorat: cùm interim nostra in Bibliotheca præter hæc (quæ quidem omnia vti manuscripta sic in lucem, quod equidem sciam, nunquam prolata sunt) etiam alia habeamus, nempè:

1. *De contemptu Mundi.*
2. *De vera & humili obedientia.*
3. *Remedium grauissimarum tentationum.*
4. *Exercitium, quo se religiosus spiritualibus meditationibus sedulò debeat exercere.*
5. *De pallio spirituali B. Virgini conficiendo.*
6. *De educatione Pueri IESV in cella.*
7. *Epist. ad quendam Confluentinæ Cartusiæ monachum, de exercitio exercitiorum.*
8. *Epist. contra metum pestiferæ contagionis.*
9. *De verecundia.*
10. *De exercitio Dominicæ Passionis.*
11. *De aula, siue domo spirituali B. Mariæ extruenda.*
12. *De fructuoso Missarum celebrandarum modo.*

Interim verò sicuti piorum opusculorum scri-

ſcriptioni ſedulò incubuit, ita quoq; vitæ ſanctimonia excellere ſtuduit. De quo refert noſtræ quidã familiæ ſcriptor P. ALBERTVS VVeſalienſis, de quo ſuprà in ſuo vti vocat, *Referendario*; quod mortiferum ebibens inſcius venenum, nihil tamen nocumenti penitus perſenſerit. Cùm enim ratione officij ex Treuirenſi Carthuſia, Confluentinam non minus feſſus quàm ſitibundus adiret, iuſſus à loci illius Procuratore in Camera hoſpitum paululùm conquieſcere, ſitis impatiens cùm nihil aliud ad manum conſpiceret, præterquam vitrum quoddam oblongum, cui ſerpentina aliquot ingeſta erant capita, quorum ſtillaticius liquor theriacæ conficiendæ vſui aptabatur, ille rei omninò ignarus, virulentiſſimum hunc potum (ò præſentiſſimũ ac ter lethiferum malum) ſanctiſſimæ Crucis ſignaculo de laudabili Chriſtianorũ more prius conſignans, magna ex parte exhauſit, nihil incõmodi ſentiens: adeò vt locũ hîc habeat, quod olim Saluator prædixit; nempè, *ſi mortiferum quid biberent, non eis fore nociturum*. Plura quoque de hoc beatiſſimo Patre DOMINICO ſtupenda prorſus cõmemorantur, partim iam nominato *Referendario*, partim in *libro Experientiæ*, quæ nos breuitati ſtudentes, miſſa facimus.

Marc. vlt.

Composuit etiam Rhytmum quendam valdè deuotum de contemptu mundi, cuius initium:

Homo Dei creatura,
Cur in carne moritura,
Est tam parua tibi cura.
Pro æterna gloria? &c.

Item Canticum de corona stellarum XII. ad gloriosam Virginem Mariam, quod diuinitus sibi reuelatum ad normã Ambrosiani hymni TE DEVM LAVDAMVS deuotè concinnauit, incipiens; *Te cœli Reginam laudamus, te mundi Dominam honoramus, &cæt.* prout de verbo ad verbum illud inseruimus NOTIS nostris ad Dorlandi Chronicon, pag. 148. Obijt verò post diutinam ægritudinem, ætatis suæ anno septuagesimo tertio, ipso D. Thomæ Apostoli festo, reparatæ salutis 1461. vti scriptorum plerique volunt.

E.

Floruit anno M. CCCC. XIV.

ERASMVS N. professus Cartusiæ Friburgensis, scripsit librum qui intitulatur, *Dulce obsequium nostri Redemptoris*; Item, *dulce obsequiũ genitricis Dei MARIAE.* Nec non & fasciculum Mirhæ, Cameram Christi, paranymphum B. MARIAE. Composuit etiam diuersos Sermones super oratione Dominica. Tum quoque de

Chri-

Christi passione, item de modo orandi, & alia nonnulla, quæ tamen ad manus meas non peruenêre. Floruisse eum referunt Herbipolenses nostri Patres, anno post Christum natum millesimo quadringentesimo decimo quarto.

ERARDVS VVINHEIM, Albimœnius, ex honesta ac opulenta prognatus familia, edidit dum hîc Coloniæ ad breue tempus degeret, apud Bernardum Gualtheri anno 1607. SACRARIVM AGRIPPINAE: in quo ad longũ recenset, quid nam reliquiarum in qualibet Vbiorum Ecclesia reuerenter adseruetur: licet in secundâ quam parat editione, accuratius castigatiusq; omnia expectari meritò debeant. A quo etiam proximis, vti reor, nundinis tria in lucem prodibunt Colloquia, eundem apud typographum; quorum primum Christianũ inter & Iudæum fingitur esse habitum; alterum Sacerdotem inter & laicum: tertij autem memoria mihi excidit: germanicè tamen omnia. Viuit verò author etiamnum in Cartusia Ilenbacensi, suis pro viribus in vinea Domini laborans, professus alioquin domus Herbipolensis; de qua quam optimè sanè est meritus.

Viuit etiamnum in Frãconia præsenti hoc anno 1608.

EVERARDVS N. Prior Cartusiæ Diestensis, scripsit de accessu & conuer-

ſione cordis ad Deum, de origine inſurgentium tentationum, De remedijs earundem, Sermones aliquot inſignes, epiſtolas varias ſpiritalis gratiæ dulcedinem redolentes, De interna cordis tranquillitate idiomate materno, atq; alia nonnulla nunquam nobis viſa. *Ex manuſcripto quodam Codice.*

F.

Floruit in Cartuſia Louanieſi temporibus Caroli Quinti Imperat.

FLORENTIVS BATAVVS patria Harlemius. Prior quondam Cartuſiæ Louanienſis, vir magnæ religionis, neque contemnendæ eruditionis extitit: quemadmodum conſtat ex libris illis quos de Chriſtianæ vitæ inſtitutione belgico idiomate conſcriptos, primò quidem Franciſcanus quidam, qui ſe Tacitum Nicolaum Zegerum nominat, latinè eſt interpretatus, prodireuntq; Antvverpiæ ex officina Ioannis Loei, Anno 1551. Verùm quia interpretis huius fidem in nonnullis ſuſpectam habuit SVRIVS, vtpotè mutilam ac imperfectam, idcirco ipſe de ſuorum voluntate Superiorum, accuratiore vſus interpretatione, eoſdem denuò tranſtulit, ac Reuer. in Chriſto Patri D. Ioanni Volonis, Maioris Cartuſiæ Præfecto, totiuſq; Ordinis GENERALI dedicauit.

Cæte-

Cæterùm quandoquidem FLORENTIVS immaturâ morte abreptus, perficere non potuit quod animo instituerat, alteram videlicet partem, quæ ad vitam contemplatiuam pertineret, idcirco SVRIVS operi auctarium quoddam adiecit, dignum reuerà lectu, ac spiritũ Christi vbique redolens. Impressit Surianam hanc interpretationem aliquoties Quentelius, non minori suo cum lucro, quàm emptoris profectu. Quando verò hic author obierit, incertum habeo.

FLORENTIVS CARTVSIANVS, propè Leodium, Cœnobij sui Prior, scripsit accuratè *Christianam Institutionem*, sicuti habet vltima Posseuini *Apparatus* editio, quę iam hoc mense Coloniæ typis Ioanis Gymnici cũ auctario prodijt; verum mihi in mentem venit suspicari eundem illum esse Florentium Batauum quem superiùs posuimus.

FRANCISCVS de PVTEO, totius Ordinis Generalis XXXIII. vir fuit præstanti equidem doctrina ac eloquentia, summa eruditione, & rerũ agẽdarum prudentia; ita vt ambigi meritò queat, fuerit ne eruditior an eloquentior, doctior an sapientior. Quo de Petrus Sutor, qui eadẽ cum ipso vixit ætate, huiuscemodi ꝓfert testimoniũ. *Fuit*, inq̃t, *Iuris vtriusq; Doctor* *præ-*

Obijt in Maiori Cartusia anno 1521. *Sept.* 17.

Lib. 2. *de vita Cart. trac.* 3. *cap.* 7. *pag.* 582.

præstãtißimus, & tam diuinis quàm humanis literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, promptus cõsilio, reb⁹ agendis aptus ac prouidus, & in practica iuris omninò detritus: vtpotè qui duorum Episcoporum, Valentiæ scilicet & Gratianopolitani annos multos Officialis extitit. Qui cùm annum circiter quinquagesimum ætatis ageret, omnia quæ in mundo sunt, vana fluxaque prudenter animaduertens, ea pro Christi amore prorsus destituit, sacrumq; religionis habitum in maiori Cartusia (quam multis antea beneficijs affecerat) deuotè suscepit. Quem nihilominus Cartusianum effectum, Gratianopolitanus Antistes (cuius Officialis, Vicariusq; vndecim annos fuerat) tanto amore prosecutus est, vt quasdam possessiones, & eas quidem amplas, vt scilicet earum fructus quotannis perciperet quoad viueret, eidem adsignauerit. Cùm autem horridum illum Cartusiæ locum paucos annos incoluisset, eius PRIOR est effectus. Cui grandi sarcinæ diligenter respondere, atque Ordinem prorsus in sua integritate conseruare satagens, se in omnibus sollicitum, Pastoremq; pium studuit exhibere, suasque ouiculas dulciter fouere; quas & paterno amore prosequutus, in pace ac tranquillitate regere sollicitus fuit. Quapropter ab eis & amari, atq; honorari etiam promeruit. At quoniam Maioris Cartusiæ PRIOR, non tantum Domus illius, sed totius quoque Ordinis GENERALIS moderator,

Fuit Officialis duorum Episcoporũ.

Quinquagenarius Ord. Cartus. ingreditur.

Fit Generalis totius Ordinis.

ſimoque labore omnibus noſtri propoſiti fratribus mirè conſuluit: quo in opere præter alia perſpicuè, relucet memoriæ illius ſtupenda tenacitas. Impreſſa ſunt hæc *antiqua Cartuſienſis Ordinis ſtatuta* Baſileæ, apud Ioannem Amorbachium anno 1510. in folio, vna cum inſigni præfatione huius Patris GREGORII Reiſchij ad R. Patrem Franciſcũ de Puteo, totius Ordinis Generalem integerrimum. Cæterùm quãto in pretio Reiſchius ſit habitus, paſſim apud præſtãtis eruditionis viros, conſtat ex Ioannis Eckij verbis, gloriantis nimirum de tanti viri familiaritate. *Nam Friburgi*, inquit, *anno 1502. humanioribus vacans ſtudijs, ſæpè nonnihil ſuffuratus temporis, R. P.* GREGORIVM *Reiſchium, in Cartuſia accedebam, auctorem Margaritæ Philoſophicæ, & Mathematicam ab eo didici, & multa ſecretioris Theologiæ. Amabat me vir optimus plurimum, cùm videret me totum ſtudijs deditum: vnde & frequens Patres illos Cartuſianos acceßi, meq; orationibus eorum commendaui.* Hæc Eckius.

claruiſſe fertur ſub Henrico VI. Anglorũ Rege.

GVALTERVS HYLTON, natione Anglus, profeſſione verò Cartuſianus, diuerſis literarum monumentis nomen ſuũ poſteritati cõmendauit. Inter quę hęc potiſſimũ à Poſſeuino ac Simlero cõmemorantur.

1. *De*

Digitized by Google

1. *De vtilitate religionis, Lib. 1.*
2. *De consolatione in tentationibus, Lib. 1.*
3. *Baculus contemplationis.*
4. *Scala spiritualis, Lib. 1.*
5. *De communi vita ad laicum, Lib. 1.*
6. *De Ascensionibus spiritualibus, Lib. 1.*
7. *Pro sacris imaginibus, Lib. 1.*
8. *De idolo cordis, Lib. 1.*
9. *De Ecclesiastica Musica, Lib. 1.*
10. His addit Bunderius *librum de remedijs contra carnis tentationes*, olim in rubeo claustro, & alibi adseruari solitum M. S.
11. Item, *de modo sanctè viuendi*, Zutphaniæ apud Minores.
12. *De castitate, & munditia Sacerdotũ*, Gandaui apud Prædicatores: & in Isaacensi Abbatia. Aiunt verò eum floruisse sub Henrico VI. Anglorum Rege; licet Cartusiam, in qua vixerit, non expri-mant.

GVIDO de PINIS, professus Cartusiæ Bononiensis, scripsit Tractatum satis prolixum *de electione* PRIORIS, aliaque nonnulla, floruit verò anno millesimo quadringentesimo vigesimoseptimo *Herbipolensis.*

Vixit in Italia circa annum Domini 1427.

GVIDO de CASTRO, quem alij tamen GVIDONEM nominant, fuit Valẽ-

Obijt non sine sanctitatis opinione. Anno M. C. XXXVII.

 tinen-

tinensis diœcesis, de quo ita Posseuinus: GVIDO, *Cartusiæ Maioris V.* PRIOR *Generalis, vir vitæ sanctitate celebris, qui anno 1135. viuebat, B. Hugonis Gratianopolitani Episcopi vitam, ac de institutionibus Cartusianorum scripsit. Diui autem Hieronymi, nimio scriptorum vitio deprauatas Epistolas in ordinem redegit.* Et in verbo CVIGO, idem Posseuinus ita ait; CVIGO *natione Gallus, patria Delphinas, Primariæ Cartusiæ Quintus à* B. BRVNONE *Præfectus, cuius honorifica fit mētio in* D. *Bernardi Cistertiensis* a *vita, & ad quē extant eiusdem Bernardi epistolæ duæ* (nempè vndecima & duodecima) *varias & graues scripsit meditationes.* Quæ quidem nouissimè apud Plantinū anno millesimo quingentesimo octuagesimonono, in 12. vna cum Meditationibus D. Guilielmi, Abbatis S. Theodorici, Cluniacēsis Ordinis prodierunt. Subiungit etiam Posseuinus hunc GVIGONEM nostrum (sic enim legere malim, quod ipse in *b* epistola ad Innocentium II. ita se nominet, & non GVIDONEM) librum quendam *de Contemplatione* scripsisse, necdum in lucē editum, sed M. S. in maiori Cartusia etiamnum adseruatum.

a *Lib. 3. cap. 1. in fine.*

b *Præfixa est vitæ S. Hugo. Grat. Tom. 2. Surij, die 1. Aprilis.*

Porrò Bunderius huic GVIDONI aliud adscribens cognomen, *de Ponte* eum nominat, eiq; attribuit Tractatum *de* c *Veri-*

c *Reperitur manuscriptus in Cartus. Colon.*

tate

tate & Pace, necnon & *de quatuor gradibus spiritualibus*, aliaq; nõnulla. Cuius Tractatum *de laude vitæ Solitariæ*, cũ epistolis aliquot in vbiorum Cartusia reperire licet. Quin & Cartusianorum Statuta (non enim vllam à S. BRVNONE Patriarcha suo, more aliorum aliquot religiosorum, certam accepêre Regulam) in vnum corpus pulchrè concinnauit; quod *antiqua* GVIGONIS *Statuta* etiamnum vocitatur. De cuius fœlici ad superos transitu, ita Sutorius; *d* GVIGO, inquit, *quinquagesimum ætatis agens annum, conuersionis verò trigesimum, Prioratus sui vigesimum septimum, vel circiter, non sine* SANCTITATIS OPINIONE *spiritum Domino reddidit. anno Domini trigesimo septimo supra millesimum centesimum; ab inchoatione verò Ordinis tertio & quinquagesimo*. Hæc ille: plura verò de hoc beatissimo Viro si quis scire desideret, *e* Bostium, *f* Dorlandum, ac *g* Sutorem adeat.

d *Lib. 2. vitæ Cartus. c. 5. pag. 509.*

e *Cap 2.*
f *Libr. 4. Chron. c 3.*
g *pag 519 de vita Cartus.*

* GVILIELMVS ABSELIVS, Bredanus, ex professo Domus Capellæ, electus est Brugensiũ Prior; vir nimirũ tam generis nobilitate, quàm literarũ monumẽtis præclarus: adeo vt mirari meritò liceat, nec Trithemiũ, qui tamen isto vixit seculo, nec cæterorum quempiam vllam illius mentionem facere, præter vnicum *a* Bostium,

Obijt anno Domi 1471.
* *aliàs Guilermus.*

a *Cap 30.*

Digitized by Google

b Libr. 7. Chron. c. 28.

ſtium, ex quo ſua mutuatus eſt b Dorlandus, haud dubio etiam ipſe alioquin taciturus.

Scripta quibus claruit.

Porrò quas Boſtius illi lucubrationes adſcribit, hæ ſunt: *inter alia*, inquit, *complura* 1. *Tractatum elegantiſſimum ad ſemper candidam cæli Reginam more cōdidit ora-* 2. *torio. Hugoni quoque de Vercondus, Traiectenſi, Monacho vallis gratia dicauit opuſculum de* 3. *vera pace. Inſuper ad chariſſimum ſibi Priorem Carmelitarum propè Angiam, ſcripſit Tractatum ſuper Oratione Dominica, carmine ele-* 4. *ganti. Sed & epiſtolarum elegantiſſimarum complures conſcripſit libros. Quorum vnius eſt ad Chriſto dicatam Virginem genere, moribus, ac literatura perinſignem Mariam de Oß, chariſſimam ſibi ex ſorore neptem, atque apud Teneramundanos Birgittanarum Virginum Ab-* 5. *batiſſam. Cui etiam alia nonnulla dedicauit* 6. *opera. Scripſit etiam ſpeculum, & de officio* 7. *Marthæ, nec non & Dialogum quendam lectu iucundum, vbi ipſe veluti Pater liliam ſpirita-* 8. *lem de multis perbellè inſtruit.* Sunt & alia inſuper tam proſa quàm carmine ab eodem elaborata, quæ ex hominum memoria temporis iniuria ſuſtulit. Porrò ipſe cùm annos admodum quadraginta in ſacro Cartuſiēſi ordine laudabiliter expleſſet, tādem viuere deſijt, anno poſt natum Chriſtum primo & ſeptuageſimo ſupra mille-

millesimum quadringentesimum: quando nimirum & ipse DIONYSIVS RICKELIVS viuendi quoque finem fecit, vel potius in cœlum (quod sperare licet) trãslatus, viuere incepit.

GVILIELMVS BIBAVCIVS patria Tiletanus, ac professus vallis regalis propè Gandauum, ibidem circa annum Domini millesimum quingentesimum diuino sese mancipauit obsequio, qui postmodum ob insignem virtutis ac prudentiæ opinionẽ, ad Prioratum domus Hollandiæ, propè montem S. Gertrudis fuit assumptus. Vir nimirum talis, vt ignores quid in eo primum admirari debeas, insignemnè ac raram eruditionẽ, an eximiam vitæ sanctimoniam. Vnde & anno Domini 1521. in totius Ordinis Generalem est electus, ac idoneus iudicatus, qui in isto amplissimæ dignitatis munere succederet doctissimo illi viro, FRANCISCO de Puteo; viro inquam vti alijs doctrinæ generibus excellenti, ita Iuris vtriusq; Consultissimo. Cæterùm quanta doctrina ac pietate eloquentiaque & tam verborum ornatu ac splendore, quàm rerum pondere inter sui temporis scriptores præstiterit hic BIBAVCIVS, *Orationes* eius & *Conciones Capitulares* de vitæ spiritualis profectu conscriptę, quę in singulis penè Or-

Vixit Gandaui, sed in maiori Cartusia anno Domi: 1521. Generalis est electus, obijt vero anno M. D. XXXV. 14. Iulij.

b Libr. 7. Chron. c. 28.

ſtium, ex quo ſua mutuatus eſt b Dorlandus, haud dubio etiam ipſe alioquin taciturus.

Scripta quibus claruit.

Porrò quas Boſtius illi lucubrationes adſcribit, hæ ſunt: *inter alia*, inquit, *complura Tractatum elegantiſsimum ad ſemper candidam cœli Reginam more cōdidit oratorio. Hugoni quoque de Vercondus, Traiectenſi, Monacho vallis gratia dicauit opuſculum de vera pace. Inſuper ad charißimum ſibi Priorem Carmelitarum propè Angiam, ſcripſit Tractatum ſuper Oratione Dominica, carmine eleganti. Sed & epiſtolarum elegantißimarum complures conſcripſit libros. Quorum vnius eſt ad Chriſto dicatam Virginem genere, moribus, ac literatura perinſignem Mariam de Oß, charißimam ſibi ex ſorore neptem, atque apud Teneramundanos Birgittanarum Virginum Abbatiſſam. Cui etiam alia nonnulla dedicauit opera. Scripſit etiam ſpeculum, & de officio Marthæ, nec non & Dialogum quendam lectu iucundum, vbi ipſe veluti Pater liliam ſpiritalem de multis perbellè inſtruit.* Sunt & alia inſuper tam proſa quàm carmine ab eodem elaborata, quæ ex hominum memoria temporis iniuria ſuſtulit. Porrò ipſe cùm annos admodum quadraginta in ſacro Cartuſiēſi ordine laudabiliter expleſſet, tādem viuere deſijt, anno poſt natum Chriſtum primo & ſeptuageſimo ſupra mille-

(Margin numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.)

Digitized by Google

millesimum quadringentesimum: quando nimirum & ipse DIONYSIVS RICKELIVS viuendi quoque finem fecit, vel potius in cœlum (quod sperare licet) trãslatus, viuere incepit.

GVILIELMVS BIBAVCIVS patria Tiletanus, ac professus vallis regalis propè Gandauum, ibidem circa annum Domini millesimum quingentesimum diuino sese mancipauit obsequio, qui postmodum ob insignem virtutis ac prudentiæ opinionẽ, ad Prioratum domus Hollandiæ, propè montem S. Gertrudis fuit assumptus. Vir nimirum talis, vt ignores quid in eo primum admirari debeas, insignemne ac raram eruditionẽ, an eximiam vitæ sanctimoniam. Vnde & anno Domini 1521. in totius Ordinis Generalem est electus, ac idoneus iudicatus, qui in isto amplissimæ dignitatis munere succederet doctissimo illi viro, FRANCISCO de Puteo; viro inquam vti alijs doctrinæ generibus excellenti, ita Iuris vtriusq; Consultissimo. Cæterùm quanta doctrina ac pietate eloquentiaque & tam verborum ornatu ac splendore, quàm rerum pondere inter sui temporis scriptores præstiterit hic BIBAVCIVS, *Orationes* eius & *Conciones Capitulares* de vitæ spiritualis profectu conscriptę, quę in singulis penè Or-

Vixit Gandaui, sed in maiori Cartusia anno Domi: 1521. Generalis est electus, obijt vero anno M. D. XXXV. 14. Iulij.

dinis domibus omnium manibus teruntur, plenissimè testantur. De cuius virtutibus plura equidem haud vulgaria possent referri, si exstaret historia, quam de eius vitæ morumque conuersatione conscripsisse dicitur illius & synchronus & vernaculus, Leuinus Ammonius, eiusdem Gandauēsis domus professus. Quam equidem vitam mirum non est Gandaui haud quaquà reperiri, cùm horum temporū iniuria ac sæui Martis insania pleraq; literarum monumenta in istis Flandriæ partibus deperierint; maximè cùm Gandense Cartusianorum cœnobiū anno Dñi 1577. funditus sit euersum. Nisi fortè exemplar aliquod exstet in alma matre Cartusia, ad quam plerique (vti suis ad me literis V. Pater Arnoldus Hauensius, qui istic rerum potitur, perscripsit) transmissum fuisse opinantur. Vnde fit, quod præter tanti viri *Sermones Capitulares*, typis excusos, ne tenue quidem vitæ ipsius vestigiū præfatò in loco cernere liceat. Interim tamen commemoratu dignum, qua occasione se Ordini cœperit addicere. Gandaui quippè ludum literarium cùm aperiret, & quodam die disciplinæ semina in suorum auditorum animos iaceret, subitò flamma, fulguris instar in schola emicuit; quæ frequenter hucilluceque se vibrans,

Gandauensis Cartusia destructa anno Dom. 1577.

brans, per omnes auditorij angulos desæuijt, ac postremò ipsum percussura, ita exterruit, vt votum animo conciperet, se, si incolumis euaderet, Cartusianum fore. Vnde instar B. Pauli diuinitus vocatus, ad melioris vitæ semitam, veluti manu est perductus. Porrò quàm diu Ordini vniuerso summa cum laude præfuerit, ac quotus Generalium fuerit, dixirnus quarto nostrarum ad Chronicon Dorlandi NOTARVM libro: vbi omnes, ac singulos Ordinis ANTISTITES, ex ordine percensuimus.

Interim verò Patri Guilielmo, non nemo hocce cecinit Epitaphium:

Occidis ereptus terris, GVILIELME BIBAVCE,
Maxima Cartusiæ flenda ruina domus.
Heu subiti rerum lapsus, heu Parca superba,
Quæ citius Patres sternit vbiq; pios.
Hic vir erat spirans sincero pectore Christum,
Incumbens studijs nocte dieq; sacris.
Historias sanctas, arcanaq; scripta legebat,
Pertæsus mundi, cœlica semper amans.
Nec tamen hoc studium, pietas aut obstitit ista,
Ne fieret iuris mors truculenta tui.
Dena suæ vitæ numerarat lustra peractæ,
Hoc sua cùm tegeret membra caduca loco.
Nam mens quæ tantùm spectauit, ad astra volauit,

Inq; tuo recubat Christe benigne sinu:
Vtq; tuum quondam nobis nomenq; decusq;,
Sic nunc Angelicis prædicat illa choris.

Obijt in maiori Cartusia anno Domini 1535. 24. Iulij.

Vixit in Brabantia circa annum Domini M. D. XXX.

GVILIELMVS de BRANTEGHEM patria Alosthanus, atque Antvverpianæ Cartusiæ (hæc aũt circa Caroli V. Imperatoris tempora Liram est translata) alumnus, scripsit *piarum Enchiridion precationũ*, ex Veteri iuxta ac Nouo Testamento desumptarum: adiũctis nonnullis iconibus, quod & alio nomine *pomarium Orationum* nuncupatur. Præfixit etiam disticha nonnulla *Violæ animæ*, anno Domini 1533. Antvverpiæ apud Martinum Cæsarem in 16. impressæ, aliaque nonnulla ad rem metricam facientia.

Vixit circa annũ Dom. M. CCCC. LXIX.

GVLIELMVS HILACENSIS. Huius meminere Posseuinus & Simlerus, vterque suâ in Bibliotheca, dicuntque plusquàm *triginta Sermones* eum *in orationem Dominicam* conscripsisse, licet neuter illorum, cuius familiæ fuerit, meminerit. Vnde ego HERBIPOLENSIVM fultus testimonio, tam diu inter nostros eũ colloco, donec edoctus aliter fuero. Feruntur autem Sermones illi, quos super oratione Dominica conscripsit, impressi anno millesimo quadringentesimo septimo, etsi de:

si de autoris vel vita vel morte, ne gry quidem.

GVILIELMVS de HYPOREGIA, cognomento CRASSVS, quem non nemo *Guillermum* nominat, fuit in omni scientiarum genere egregiè versatus, quippè qui in Dominicanorũ Patrum familiam adscitus, annos circiter triginta, quà docendo qua prædicando strenuam illic nauauit operam. Inde verò ad CARTVSIANORVM cõfugiens castra, trium & viginti annorum decursu vitam solitariam ita est amplexus, vt etiam scribendo plurimum posteris prodesset, maximè verò religiosis. Conscripsit enim haud aspernãdæ eruditionis opus *de origine & veritate perfectæ religionis*, cuius initium auspicatur ab ipsa Prouerbiorum sententia: *veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea testabuntur impium*. Item, *in defensione Cartusianæ religionis* Tractatum quendam edidit: quorum vtrumq; M. S. in Coloniensis Cartusię Bibliotheca reperire licet; sed quando auctor in viuis fuerit, non ita.

Incertum, quando vixerit.

Prou. 8.

GVILIELMVS LVDTLINCHTON, natione Anglus, vir tum cõfessionis gloria, tum integerrimæ vitæ conuersatione inter primos eximius, Philosophiæ iuxta ac S. Theologiæ præceptis egregiè imbutus, *opus quoddam* edidit *Theologicum* tam

Obijsse fertur, an. M. CCC. IX.

Digitized by Google

vtile, quàm necessarium; eo nimirum anno, quo Cartusia extra muros Mogũtinos (accidisse aũt hoc anno M. CCC. VIII. testis est *a* Trithem.) à Petro Archipræsule fabricari cœpta est. Conscripsisse etiã prętereà dicitur, *in Matthæi Euangeliũ* cõmentarios haud vulgares; nec non & *Sermones* aliquot *de Sanctis*: quorum equidem omnium & sine literulam quidem hisce viderim oculis, Patrũ tamen Herbipolensiũ literis instructus, hunc ei locũ nostra hâc *Cartusiana Bibliotheca*, adsignauimus. Qui ijdem etiam diem obitus illi adscribunt, nempè annum post Christum natum M. CCC. IX. Hos ergo penes fides esto; maximè quando nec Trithemius, nec Eisengreinius, neque etiam ipse Posseuinus, vllam nobis rei huius cognitionem præbent, aut face prælucent.

a *In Chronico Spanhe-mẽsi, impresso Francof. in fol. anno* 1601.

GVILIELMVS RAINALDI, alias REINALDI, 24. Cartusianæ familiæ GENERALIS, pietate, scinetia, moribus, alijsque virtutibus huiuscemodi Prælato dignis, insigniter excultus, in tanta fuit apud oẽs existimatiõe, vt ei vltrò cardinalitius galerus sit oblatus, quem tamen insigni cũ animi demissiõe recusans, maluit abiectus esse in domo Dei sui, illicq; poti⁹ cilicina veste vti, q̃ purpurea. Quin & in electione Summi Pontificis vndecim Cardinaliũ habuisse

Obijt in Frãtia anno M. CCCC. II.

habuisse suffragia, plurimorũ est sentẽtia. Nec abnuit vel *a* Sutorius, vel *b* Dorlãdus: quorum hic præclara aliquòt humilitatis exempla de hoc B. Patre cõmemorat. Porrò eius industria ac sollicitudine, primaria Cartusianæ familiæ domus, in Gratianopolitana diœcesi cõstituta, cùm fortuito quodam incendio ingenté cladem esset cõsecuta, atq; in cinerem quodãmodo redacta, longè melius quã antè fuerat, restaurata est. In qua & 35. annorum spatio inculpatè viuens, totius Ordinis habenas non minus strenuè quàm prudenter moderatus est.

a *Lib. 2. vitæ Cartus. tract. 3. c. 7. pag. 564.*
b *Libr. 4. Chron. c. 24.*

Scripta eius.

Scripsit autem, eximio iustitiæ zelo inflammatus, *varias ad diuersos Principes epistolas*, quibus diuinarum vtens testimonijs Scripturarum, egregiè eosdem ad iustitiæ studium exhortatur. Quin & ex cõpluribus diuersorum Generalium Capitulorum decretis, *nouum* quoddam *Statutorum corpus* accuratè concinnauit: quod etiam anno Domini M. CCC. LXVIII. Generalis Capituli consensu Ordini vniuerso commendatum fuit. De alijs verò eiusdem doctissimi Viri scriptis, nihil ad nostri æui memoriam peruenit. Migrauit aũt ad Dominũ, anno reparatæ salutis M. CCCC. II. die 5. mens. Iunij; de quo & in NOTIS nostris ad Dorlãdi Chron. latiùs.

HAM-

Digitized by Google

H.

Vixit in Frãconia, anno Domini M. CCCC. LX.

HAMMANVS de RVDISHEIM, alumnus, ac PRAEFECTVS Cartusiæ Herbipolensis, Franconiæque Visitator Prouinciæ, circa annum Domini M. CCCC. LXVIII. vir fuit admodum religiosus, ac regularis disciplinæ zelator eximius; & quia totus fermè in diuinis absorptus, vni Deo semper itẽdens, minor ei cura fuit rerum temporalium, hinc quã assiduus fuerit in meditatione Passionis Dominicæ, testãtur *meditationes admodum deuotæ, vitæ ac necis Saluatoris* Dñi nostri IESV Christi, item resurrectionis, ascensionis, &c. ab eo conscriptæ, & articulis certis distributæ. Qui quidem Tractatus, tres potissimum partes cõplectitur: quarum: *prima* articulos habet quatuor; *secunda*, septem; *tertia*, octo. Si quid præterea scripserit, me latet.

Obijt secundum Trithemij sententiam, anno 1487.
a Lib. 2. vitæ Cartus. Tract. 3. cap. 6. pag. 577.

HENRICVS ARNOLDI, Saxonicæ nationis, ac magnę existimationis vir fuit. Cuius virtutes noster commemoratis Sutorius; *a* dicit eum fuisse ingenio clarum, eloquio dulcem, moribus grauem, conuersatione laudabilem, atque in diuinarum cognitione literarum apprimè exercitatum. Quipostquam officio Notariatûs in Basiliensi Concilio adeo prudenter perfunctus esset, vt cõmuni Patrum sen-

tentia

tentia seruus prudens ac fidelis censeretur, omnia tamen vana fluxaque esse sapienter animaduertens, vniuersa pro Christi amore despexit, & Cartusianam apud Basilienses solitudinem, vtpotè tutiorem salutis portum, delegit. In qua prior omnium suffragio renunciatus, non solùm laudabiliter suis præfuit, sed & otium in tam graui negotio suffuratus, etiam posteris pientissimis literarum suarum monumentis egregiè consuluit. Quorum hæc præcipua sunt.

1. *De conceptione immaculata Virginis Mariæ Tractat. 1. prodijt Antvverpiæ in 4. Anno 1527.*

Hæc omnia Tritheminus illi adscribit.

2. *De nouitiorum instructione. Tractat. 1.*
3. *De commendatione charitatis. Tractat. 1.*
4. *De sancta humilitate, sub forma orationis. Tractat. 1.*
5. *Iterum de humilitate.*
6. *Meditationes de vita Christi.*
7. *Concordantia Euangelistarum de Paßione Domini, Lib. 1.*
8. *Variæ de diuersis Sanctis Orationes, Lib. 1.*
9. *Sermones plures, Lib. 1.*
10. *Historiæ de diuersis Sanctis.*
11. *Dialogus triplex, vnus scilicet inter IESVM & Mariam, alter de exercitijs, tertius de Cruce.*
12. *Item Chronicon Cartusiæ Basiliensis,* quod

in con-

in concinnandis singularum per Orbem Cartusiarum, non parum mihi posset esse vsui.

b Lib. 4. Bibliotheca Sanctæ.

Cæterùm *b* Sixtus Senensis hunc auctorem ait vixisse an. Dñi 1440. Trithemius verò obijsse eum asserit an. 1487. sub Friderico III. Romanorum Imperat.

HENRICVS de BALTEA. vide in verbo *Hugo de Palma.*

HENRICVS BRVNONIS, vide *Henricus de Piro.*

HENRICVS COECKIVS dicitur fuisse Cartusianus, & scripsisse *de Reformatione Monialium,* teste Bunderio.

Obijt Brugis in Flandria, anno 1410.

HENRICVS COESFELDIVS, quem alij perperã de Consueldia cognominant, VVestphalica fuit ditione oriundus, vtpotè diœcesi Monasteriensi. De quo non solùm Bostius, sed & Trithemius, Sutor, Sixtus Senensis, alijq; passim recentiores. Fuit verò Prior domus S. Mariæ propè montem B. Gertrudis in Hollãdia, obijtque in actu visitationis, dum officio suo facturus fatis, Cartusiam adiret Brugensem: illic namque piè in Domino obdormiuit; Anno salutis humanæ decimo post mille quadringentos, septimo Idus Iulij.

Reliquit insignia aliquot opera, Theologis non minus quàm religiosis haud medio-

mediocriter profutura. Fuit namque professione Scholasticus. Vnde & subsequentia edidit.

1. *In Exodum mysticè.*
2. *In Epistolam D. Pauli ad Romanos.*
3. a *De tribus votis substantialibus.*
4. *Contra vitium proprietatis.*
5. b *De institutione Nouitiorum.*
6. c *De Sacramento altaris.*
7. *De annunciatione Dominica.*
8. *Eulogium Diui Pauli Heremitæ.*
9. d *Sermones de tempore & Sanctis.*
10. *De tribus custodijs monasticis.*
11. *De Sanctissimo altaris Sacramēto, iterum.*
12. *Circumcisorium mysticum.*
13. *Epistolas ad diuersos.*
14. *Sermones Capitulares in præcipuis festis.*
15. Insuper & Guilielmi Parisiēsis Episc. arduum planè opus *de* e *Vniuerso, mirâ,* vt ait Trithemius, *industriâ perlustrans, breui compendio pulchrè constrinxit.*

a *Dicitur adseruari Louanij, apud Martinianos.*
b *Extitit in Cartusia Diestensi, Antuerpiensi & Gandauensi.*
c *Ibidem in præfatis Cartusijs, teste I. Bunderio.*
d *In Cartusia Lirana, & Brugensi.*
e *In Cartusia Lirana.*

HENRICVS DISSENIVS, VVestphalus & ipse; quippè Osnaburgensis, ac Cartusiæ Coloniensis professus, imo Sacrista, & Propræfectus (Vicariū nominant) scribendi non minus quā legendi plurimorū annorum curriculo adeo studiosus patiensque extitit, vt non solum multa Sanctorum Patrum volumina in vsum huius Domus manu sua exarauerit, verum etiā com-

Obijt in Cartusia Coloniensi, anno 1484.

complures proprio marte Tomos (licet nunquam editos) composuerit: qui etiamnum penes nos adseruantur. Quorum hic equidem est Catalogus.

1. *Fasciculi sermonum Dominicalium, volumina quatuor*: omnia propria authoris manu.
2. *Viridarij in Psalterium volumina totidem.*
3. *Postillæ in Euangelia de Sanctis, duobus compræhensæ voluminibus.*
4. *In Euangelia Dominicalia aliæ atque aliæ expositiones, quatuor libellis distinctæ.*
5. *Collationes tres de Præsentatione B. MARIAE.*
6. *Collatio in Capitulo Generali de laude Ordinis Cartus.*
7. *Epistolæ quatuor ad Monachum tentatum.*
8. *Epistola ad Principem quendam N.*
9. *Quo pacto hæreticorum fraudes deprahendi queant.*
10. *De multiplici bonorum verecundia.*
11. *Sermones de Sanctis.*
    Homiliæ XL. in officium Rorate cœli.
12. *Consolationum in Cantica Canticorum volumina octo.*
13. *Sermones Capitulares.*
14. *Expositio in totum Missale.*
15. *Expositio Antiphonarij, trib⁹ contēta libris.*
16. *Elucidatio nouem lectionum officij defunctorum.*

17. In

Digitized by Google

17. *In Symbolum Athanasij, & orationem Dominicam.*
18. *De Sacerdotij dignitate.*
19. *Expositio Apocalypsis B. Ioannis Euangelistæ.*
20. *Soliloquia quædam.*

Psalterium de { *SS. Trinitate.* / *B. Maria.* / *Angelis.* / *Omnibus Sanctis.* / *Venerabili Sacramento.* / *Pro defunctis.* }

21. *De XIII. mansionibus.*
22. *Sermo de Venerabili Sacramento, collectis ex dictis Sanctorum.*

Obijt autem plenus dierum in domo professionis suæ, anno Domini 1484. postridie D. Catharinæ, Virginis iuxta ac Martyris: cui superi omnes pro labore suo benè faxint.

HENRICVS FRISO scripsit quoddam *Ordinis nostri Chronicon*; qui, qua in Cartusia vixerit, nusquam reperi. Quin & *de Nouitiorum instructione* tractatum quendam edidit. & alterum *de Vita*. Meminit auctoris huius Iacobus VVimphelingus in Epitome rerum Germanicarum cap. 52. Item Suffridus Petrus, Leovvardiensis in Tractatu de illustribus Frisiæ scripto-

Obijt anno 1500.

 ribus,

Digitized by Google

ribus, Coloniæ apud Maternum Cholinum anno 1584.

Cæterùm Anthonius Posseuinus dicit illum fatis cōcessisse anno Domini quingentesimo suprà millesimum.

Obijsse illum refert Sutor anno Domini M.CCCC. XXVIII.

HENRICVS de HASSIA, iunior, S. Theologiæ Licentiatus, & Prior domus Monachorum B.Marię, in Geldria propè Arenacum (Arnhemium nunc dicunt) vir fuit in diuinis interpretãdis scripturis admodum eruditus, & secularis Philosophiæ non ignarus: vnde & plurima cõscripsit haud contemnendæ eruditionis volumina: maximè cùm antequã religioni se dederet, publicus diuersarũ Academiarũ Professor extiterit; Cõmentat⁹ est namq;

1. *In magistrum Sententiarum.*
2. *In Genesim.*
3. *In Exodum.*
4. *In Prouerbia Salomonis.*
5. *In Apocalypsin Ioannis.*
6. *Dialogum inter Episcopũ & Presbyterum.*
7. *Sermones cõplures, ad populũ olim habitos.*
8. *Regulas item ad noscẽdum discrimen inter peccatum mortale & veniale,* quæ vna cũ B. Antonini opere, *de eruditione Confessariorum*, excusa sunt, primò An. 1483.

Sunt & alia quædam quæ huic Henrico nostro à Simlero, & Posseuino adscribuntur: nempè *Disceptationes cõtra Fratres men-*

mendicantes, super immaculata cõcéptione B. Virg. Mariæ, necnõ & *Theodorica Planetarũ.* verũ crediderim hæc potiꝰ adſcribẽda alteri iſti HENRICO de *Haſſia*, cognomẽto Langenſtein; quẽ Trithemius exiſtimat VVormatienſis Eccleſiæ aliquando Canonicum extitiſſe, atq; è primis Viennenſis Vniuerſitatis plantatoribus. Fuit & tertius HENRICVS de Haſſia, Ordinis D. Auguſtini, qui *de Eccleſiæ clauibus ac indulgentijs*, nonnulla eſt commentatus. Vnde ſicuti in æquiuocatione nominis nonnunquam ab auctoribus eſt erratum, ita & in adſignãdo certo obitus die. Nam hũc noſtrũ obijſſe Viennæ anno 1317. ibidemque ſepultũ (vti Eiſengreinius vult) haud facilè cõceſſero. Quam obrem melius nobis arridet ſententia Trithemij, Sixti Senẽſis, ac Petri Sutoris; dicentiũ illũ vixiſſe, vel ex hac vita migraſſe ſub Sigiſmũdo Imperatore, anno nimirum incarnati *Verbi* M.CCCC.XXVIII.

HENRICVS KALKARIENSIS, cognomento *AEger*, ex Cliuiæ Ducatu originem trahens, vir fuit non ſolum humanarum, ſed & diuinarum rerum ſcientia apprimè inſtructus, vtpotè Theologus Pariſienſis, & ante Ordinis ingreſſum in Cæſaris Inſula, vulgò Kaiſſerſchwert / & Coloniæ ad D. Georgium Canonicus.

Obijt in Cartuſia Colonienſi an. 1408. ibidemq; etiam eſt humatus.

Digitized by Google

Cæterùm in Cartusianorum Patrum numerum ascitus, pluribus Cartusijs successiuè ita præfuit, vt simul quoque prodesset; Fuit enim in rebus agendis industrius, atq; animo sedatus, vnde factum, vt quisque eum sibi in Superiorem deposceret. Porrò quasnam Cartusias pius Pater aliquando administrauerit, quosve in Ordine labores exantlauerit, ipsemet ad P. Ioannē Dotzium, Moguntinæ domus professum, in quadam * epistola hisce testatur verbis: *Primò quidem indignus fui* PRIOR *in domo Arnhemiensi, per annos quinque. Postea verò Rector præfui per totidem plus minus annos, domui Ruræmundanæ. Inde verò* PRIOR *Coloniæ, septem annis. Denique Argentinæ annis bis senis: ac per annos viginti Prouinciæ huius Visitator. Quinquies insuper fui Diffinitor in Capitulo Generali, & ternos ibidem diuersis temporibus Sermones ad Patres habui. Visitans etiam vno anno Picardiam, Galliam, & Alemaniam inferiorem. Et aliquãdo Visitator Pragæ in Bohemia, & Brunnæ in Morauia, &c.* Verum hisce interim officijs occupationibusque non obstãtibus, nonnulla ingenij sui monumenta ad posteros transmisit, suntque hæc potissimum.

* *adseruantur in Cartus. Colon. M.S.*

Adseruantur pleraq; manuscripta in Cartus. Colō.

1. *De ortu ac progressu Ordinis Cartusiensis*, nunquam typis promulgata.
2. *Loquagium de Rhetorica, Lib. 1.*

3. *Can-*

3. *Cantuagium de Musica, Lib. 1.*
4. *De continentijs & distinctione scientiarum.*
5. *Epistolæ variæ ad diuersos.*
6. *Sermones Capitulares breues.*
7. *Scala spiritualis exercitij per modũ Orationis.*
8. *De holocausto quotidiano spiritualis exercitij.*
9. *Liber exhortationis ad Petrum quendam, Cartusiæ Confluentinæ religiosum.*
10. *Psalterium B. Virginis, 150. dictiones continens.*
11. *Modus faciendi collationes more Cartusiano.*

Porrò Psalterium illud, quod in laudem Christi feræ virginis MARIAE P. Henricus Kalkar conscripsit, centum nimirum & quinquaginta dictionibus constans, illud est:

AVE *Virgo Virginum, laus & lux iustorum. Ad te clamat iugiter turba populorum. Nos à malis eripe, quos in via morum, detorquere satagit tractus vitiorum.*

AVE *torrens gratiæ, torrens fontis viui; torrens de quo profluunt vbertatis riui: fac vt* DEVM *sitiam magis quàm sitiui, qui per mundi scelera currens circuiui.*

AVE *nostrum gaudium, nostra spes & vita: per quam sunt remedia ægris impartita. Generalem*

talem generis sortem non oblita, ad æternæ pabulum vitæ nos inuita.

AVE *fons clemētiæ, veniæq́ vena, per quam nobis redditur vitæ cantilena. A peccato libera nos, & ab eius pœna, ad æternæ patriæ perduc nos amœna.*

AVE *nostri generis parens & patrona, supra cunctos possidens gratiarum bona: Tuis sanctis precibus meritisq́ dona, ne mens nostra solito sit in malum prona.*

AVE *virgo, suscipe mentis in conclaui verba, quibus veniam toties rogaui; Et audito sæpius* AVE *tam suaui, fac me quæso, Domina, procul à V AE graui.*

FINIS.

Offero verba tibi ter quinquaginta MARIA,
Hoc breue Psalterium suscipe Virgo pia.

VENIT autem ad Ordinem anno ætatis 37. in quo vixit annos 43. Quippè, qui obijt ætate octogenarius, anno nimirum Domini octauo supra millesimum quadringentesimum, in priuilegio S. Thomæ Apostoli. Vnde castigandus est error ille typographicus, qui librariorū incuria irrepsit in NOTAS nostras ad Chron. Dorlandi, pag. 125. lin. 10. vbi pro *quadragesimo octauo* legendū est, *quadringentesimo octauo* Eius nomen Germanico suo Martyrologio inserere non dubitauit Petrus Canisius, vtpotè eximiæ sanctitatis viri.

HEN-

HENRICVS LOEN, quem Posseuinus Lengen/& Sixtus Senensis Logen/perperam nuncupant, Theologus fuit perquam eximius, cuius præclaras animi dotes, ac stupendam humilitatem integro cómemorat capite *a* Petrus Dorlandus, nec non & *b* Arnoldus Bostius. Fuit verò patria Louaniensis; vbi & celebre illud Porcense pædagogium primus instituit, rexitque. Verùm ad perfectioris vitæ statum anhelans, Hannoniã petijt, ibique in domo Capellæ, quæ propè Angiam sita est, Monachum induit. Adsumptus deinde in Vicarium, ac paulò pòst etiã in Priorem eiusdẽ loci, ita omnibus suam probauit vitę conuersationem, vt mox ab vmbra in aciem strenuus Christi athleta educeretur. Præfuit namque vniuersæ isti Prouinciæ annis octo. Deinde ob recentem Bruxellensis Cartusiæ plantationem illûc accitus, locum illum annis bis denis Prior gubernauit, personis, ædificijs, professionibus auctiorem eam faciẽs. Verum graui pressus senectutis sarcina, ad pristinæ habitationis quietem redire desiderãs, voto potitus est suo; ibi namq; ætatis anno septuagesimo quinto, Christi verò millesimo quadringẽtesimo octuagesimoprimo, fęlici fine in Domino obdormiuit. Scripsit *in Psal. Dauidicos*, atq; *in Ethicorũ Aristotelis* libros,

Desijt esse in viuis anno M.CCCC.LXXXI.

a *Libr. 7. Chro. Cartus. cap. 31.*
b *Cap. 34. li. de viris illustri. Ordin. Cartus.*

Digitized by Google

libros, haud contemnendæ eruditionis commentaria. Similiter & c *Sermones* admodum laudabiles.

c Vide Petrũ Sutorẽ lib. 2. vitæ Cartus. tract. 3. ca. 7. pag. 578.

Vixisse putatur in Cartusia Norinbergensi, circa annũ Dom. M. CCCC. XVII.

HENRICVS N. magnus fuit Theologus iuxta ac Iurisperitus, præfuitque Cartusiæ Norinbergensi, imò totius Prouinciæ principalis Visitator extitit; putaturque nonnulla cõscripsisse literarum monumenta, quæ temporis iniuria, ac domus istius incuria, interciderint. *Herbipol.*

Obijt an. M. D. XXVI.

HENRICVS ELERI, quem debito collocare loco superiùs decuerat, fuit per annos viginti Cartusię Rostochianæ Prior, ac Saxonicæ Prouincię Visitator: scripsit verò vitã Domini nostri IESV Christi, eiusq; sanctissimę genitricis MARIAE, in quarta parte folij. *Herbipol.*

Viuebat in Germania an. M. CCCC. XL.

a Lib. 9. de signis Eccles. ca. 12. in fine pag. 732.

HENRICVS de LANGENSTEIN, fuit antea Ordinis Augustinẽsium, à quibus videtur defecisse ad nostros: nam a Thomas Bostius inter *Cartusianos* illum recenset, eique adscribit librum *de cõtemplatione, & anima contemplatiua*, nisi fortè idem sit cum *Henrico de Hassia.* de quo suprà. Quæ verò præterea conscripserit, vide apud Trithemium & Posseuinum. Nos enim Bostij authoritate permoti, per transennam illius hîc mentionem facere in gratiam Lectoris voluimus: ne quem dedita opera præterijsse videremur.

HEN-

Digitized by Google

Vinebat anno M. CCCC. LXX.

HENRICVS de PIRO, aliàs *Brunonis*, Iureconſultus oratorque inter primos ſui temporis eximius, variarum rerum ſcientia excellens, ſingulari quoque prudentia, eruditione, ac facundia præſtans, in inſigni Colonia Agrippina parentes habuit ſi non ſplendidos, ſaltem virtute præclaros. Fuit etenim antequam mundo nuntium mitteret, tàm Pontificij quàm Cæſarei Iuris Doctor celeberrimus: adeò vt frequẽs eius habeatur mentio in Actis Concilij Conſtantienſis, cui præſens interfuit. De quo ita Theodoricus Loeherius, in fine epiſtolæ Dedicatoriæ Dionyſ. Cartuſ. in Tomum tertium Magiſtri ſententiarum, Treuirenſibus dedicatum: *Henricus à Piro inter ſuæ ætatis Iuriſperitos facilè Princeps, temporibus ferè* NICOLAI V. *cùm primum Treueris generale inſtitueretur ſtudium, iſthuc Coloniâ adſcitus, Legum Canonumq; in naſcente Gymnaſio primus auſpicatus eſt lectiones. Et re fœliciter ſuccedente, cùm annis non paucis illam iſtic prouinciam tenuiſſet, ſuam poſtliminio repetens Agrippinam, feſſus laborum, ſeculiq; pertæſus, Cartuſianus apud nos factus, reliquum vitæ in ſancta conuerſatione tranſegit.* Non ſibi quidem vni viuẽs, ſed toti huic, immò & Belgicæ Prouinciæ ſuâ inſigni induſtriâ mirè proficuus. Præfuit namq; ſumma cum poteſtate, vti Boſtius cap.32.

Fuit V. I. Doctor.

Interfuit Concilio Conſtantienſ.

Docuit in vniuerſitate Treuirenſi leges ac canones.

testatur, Cartusiæ Coloniensi, Treuerensi, Rutilensi, Diestensi, ac Leodicensi: vacans quoque interim scriptioni ac librorum editioni.

1. Composuit namq; libros quatuor super instituta Iustiniani, quorum initium est, *Annuente mihi omnium, &c.*

2. *Ad nouitios librum vnum.*

3. *Consilia ad diuersos casus.*

4. *Excerpta è Malogranato cum nonnullis adiunctis.*

5. *Sermones de Tempore.*

6. *Sermones de Sanctis.*

7. *Responsionem ad quæstiones Prioris Cartusiæ Basiliensis*, quam penes nos adseruamus.

Cæterùm quando hinc ad meliorem vitam sit translatus, non satis accuratè vspiam comperi. Huius viri laudes apud *a* Dorlandum, *b* Trithemium, ac *c* Sutorem reperire licet. Quin & Iosias Simlerus illius monumenta, quæ in lucem protulit, enumerans, adseuerat illum quoque scripsisse *de contractu annui sensus, cum pacto redemptionis.*

a *Cap.* 32.
b *De scriptoribus Eccles.*
c *Lib.* 2. *vitæ Cartus. tract.* 3. *ca.* 7. *pag.* 575.
8.

Obijt in Cartusia Buscoducensi, anno 1484.
a *Cap.* 36.

Henricvs Prvdens, Prior fuit Vallis gratiæ propè Brugas, insigne Flandriæ emporium; quem non solùm *a* Bostius, sed & ipse quoque Trithemius magnoperè de præstãti doctrina iuxta ac pietate

tate commendat. Scripsit namq; pro religiosorum instructione nonnulla in suo genere præclara. De quibus extat celeberrimum, ac piorum deuotioni maximè cõmodum opus, quod TETRALOGVM *deuotionis* inscripsit, atque in tres partes secundum statuum differentias, nempe incipientiũ, proficientium, & perfectorum, distribuit; per modũ Dialogi. In quo collocutores introducuntur Angelus & Monachus, IESVS & Pater cęlestis, MARIA amorosa, Sanctarum socrus animarum. *Dicendi* enim *copia, ordinis grauitate, & sermonis iucunditate*, vti de illo testatur Bostius, *plurimũ valuit*. Obijt aũt in Cartusia Buscoducẽsi, quę S. Sophiæ titulo gaudet, quòd circa annum Dñi 1453. captâ à Turcis Constantinopoli, ac prophanato augustissimo illo S. SOPHIAE templo, in huius rei memoriam erigi cœpta sit, vti in NOTIS nostris ad Dorlandum diximus, pagina nimirum 151. Cæterùm Henricus diem suũ illic clausit extremum an. 1484. sexto Iduum Nouẽbris, cùm ad annos aliquot isti loco præfuisset. Porrò scire Lectorem conuenit Petrum Sutorem in capite illo, vbi de nostri agit ordinis Scriptoribus, nempe libr. 2. vitæ Cartus. Tractat. 3. cap. 7. nullam facere Patris huius Henrici mentionem, sed cuidam alteri Hen-

Henrico Vroedio præfatum deuotionis TETRALOGVM adſcribere; vnde vel in cognomine fallitur, vel fieri poteſt, quod duplici ſit vocitatus cognomine; ita vt vnum familię, alterum patrię fuerit. Nam nuſquam aliàs *Henrici Vroedij* mentionem inueniri potui.

Vixit in Cartuſia Herbipolenſi, anno M. CCCC. XL.

HENRICVS REIGHER, Cartuſię Herbipolenſis alumnus, vir, vti ex ſcriptis, quæ etiamnum calamo exarata iſtic adſeruantur, cognoſci poteſt, admodum illuminatus, ac pietatis præcipuæ, ſcripſit tria inſignia *de Diuina ſapientia*, ſeu Myſtica Theologia, volumina, in quibus profundiores aliquot rerum diuinarum diſcurſus pertractat, adinſtar Harphij, & Rueſſenbroechij: quos idcirco non omnium captui conuenire, facilè eſt credere. Quin & quartum eiuſdem auctoris reperitur volumen M.S. in quo ſequentes inſunt Tractatus.

1. *De via purgatiua, illuminatiua, & Vnitiua.*
2. Ad quendam *de munditia Sacerdotum:* cuius thema eſt: *templum Dei ſanctum eſtis vos.*
3. Eodem themate, alio modo ad quendam Canonicum Haugenſ. Herbipol. extra muros.
4. Ad nouiter electum Priorem Cartuſiæ no-

ſiæ nouæ cellæ in Grünaw/ EXHORTATIO.

5. *Compendium breue*, de animæ renouatione, ſeu ſpiritualis templi conſtructione.

6. *De Sacramento confeßionis.*

7. *Breuiloquium*, de conſcientiæ puritate.

Quæ quidem omnia argumento nobis ſunt, hominem fuiſſe in myſtica Theologica comprimis eruditum, ac ſalutis proximorum auidiſſimum.

HENRICVS VROEDE. Huius quidem & nomen & ſcripta citat Sutorius pa. 576. libri ſecundi de vita Cartuſiana, verum videtur vnus idemq; eſſe cum HENRICO PRVDENTE. De quo iam paulò ante.

HERMANNVS APPELDORN, Monachus Cartuſiæ Colonienſis, honeſtis ortus parẽtibus, Vir imprimis venerabilis fuit: qui omnem ætatem ſuam tàm in ſeculari, quàm monaſticâ vitâ tanta puritate & innocentia peregit, vt piè credendum ſit (quemadmodum fide dignis poteſt teſtimonijs comprobari) eum nunquã in peccatum mortiferum præbuiſſe cõſenſum: diuina videlicet gratia eum & præueniente & præſeruante. Nam cùm adhuc puer Coloniæ literis nauaret operam, alijs ad mundi ſolatia & recreationes confluentibus,

Vixit in Germania anno 1450.

Digitized by Google

Henrico Vroedio præfatum deuotionis TETRALOGVM adſcribere; vnde vel in cognomine fallitur, vel fieri poteſt, quod duplici ſit vocitatus cognomine; ita vt vnum familię, alterum patrię fuerit. Nam nuſquam aliàs *Henrici Vroedij* mentionem inueniri potui.

Vixit in Cartuſia Herbipolenſi, anno M. CCCC. XL.

HENRICVS REICHER, Cartuſię Herbipolenſis alumnus, vir, vti ex ſcriptis, quæ etiamnum calamo exarata iſtic adſeruantur, cognoſci poteſt, admodum illuminatus, ac pietatis præcipuæ, ſcripſit tria inſignia *de Diuina ſapientia*, ſeu Myſtica Theologia, volumina, in quibus profundiores aliquot rerum diuinarum diſcurſus pertractat, adinſtar Harphij, & Rueſſenbroechij: quos idcirco non omnium captui conuenire, facilè eſt credere. Quin & quartum eiuſdem auctoris reperitur volumen M.S. in quo ſequentes inſunt Tractatus.

1. *De via purgatiua, illuminatiua, & Vnitiua.*
2. Ad quendam *de munditia Sacerdotum:* cuius thema eſt: *templum Dei ſanctum eſtis vos.*
3. Eodem themate, alio modo ad quendam Canonicum Haugenſ. Herbipol. extra muros.
4. Ad nouiter electum Priorem Cartuſiæ no-

ſiæ nouæ cellæ in Griinaw/ EXHORTATIO.

5. *Compendium breue*, de animæ renouatione, ſeu ſpiritualis templi conſtructione.

6. *De Sacramento confeßionis.*

7. *Breuiloquium*, de conſcientiæ puritate.

Quæ quidem omnia argumento nobis ſunt, hominem fuiſſe in myſtica Theologica comprimis eruditum, ac ſalutis proximorum auidiſſimum.

HENRICVS VROEDE. Huius quidem & nomen & ſcripta citat Sutorius pa. 576. libri ſecundi de vita Cartuſiana, verum videtur vnus idemq; eſſe cum HENRICO PRVDENTE. De quo iam paulò ante.

HERMANNVS APPELDORN, Monachus Cartuſiæ Colonienſis, honeſtis ortus parẽtibus, Vir imprimis venerabilis fuit: qui omnem ætatem ſuam tàm in ſeculari, quàm monaſticâ vitâ tanta puritate & innocentia peregit, vt piè credendum ſit (quemadmodum fide dignis poteſt teſtimonijs comprobari) eum nunquã in peccatum mortiferum præbuiſſe cõſenſum: diuina videlicet gratia eum & præueniente & præſeruante. Nam cùm adhuc puer Coloniæ literis nauaret operam, alijs ad mundi ſolatia & recreationes confluentibus,

Vixit in Germania anno 1450.

tibus, ille cum puero IESV ad templum ſe conferebat, Dein' contempto mundi regno, & omni ornatu ſeculi propter amorem Domini ſui IESV Chriſti, Cartuſiam Agrippinenſem petijt, non mundo ſed Chriſto militaturus: vbi ſanè tam religioſè vixit, vt eius vita cunctis eſſet exemplo. Quo factum eſt, vt primum quidem in Cartuſiæ Treuerenſis: Deinde verò in Colonienſis domus Priorem adſciſceretur. Vtrum autem Buxianæ aliquando Cartuſiæ, quæ eſt in Sueuia haud procul à Memmingenſi vrbe, præfuerit, vti nonnulli exiſtimant, non ſatis compertum habeo. Porrò, & Colonienſ. & Confluentinis ſumma cum laude operam nauauit ſuam. Scripſit autem *Sermones Dominicales*. Item, *de paßione Domini, ac Nouitiorum inſtitutione*, diemque ſuum externum clauſit in Cartuſia Confluentina, annò Domini ſeptuageſimo ſecundo ſupra milleſimum quadringenteſimum, decimo quinto Kalendarum Octobris, ibidemque ſepulturæ eſt traditus.

HERMANNVS GREEFGEN, profeſſus Cartuſiæ Colonienſis, collegit breue quoddam Martyrologium, quod etiamnum manuſcriptum illic cuſtoditur,

tur, licet de auctoris ætate ac obitu, nihil inuenire quiuerim.

HERMANNVS PETRA, seu *Petri*, Stutdorpæus, vir in diuinis Scripturis probè admodum versatus, ac vitæ integritate celebris; quippè, qui Brugensis Cartusiæ monialibus per annos triginta circiter magna cum laude præfuit. Quarum spiritali profectui vt plus adiumenti adferret, scripsit *de regimine Monialium* librum vnum. Item.

Obijt anno M. CCCC. XXVIII.

1.

Super Oratione Dominica Sermones L. qui quidem reperiũtur impressi Louanij, per Ioannem de VVestphalia, anno millesimo quadringẽtesimo octuagesimo quarto, in folio: quin & extant M. S. Louanij, apud Martinianos.

2.

Sermones de Tempore & Sanctis. Lib. 6. e.

3.

De immaculata Conceptione Beatissimæ semper virginis MARIAE: aliaque complura. Cuius quidem viri meminêre, Bostius Trithemius, Eisengreinius, Posseuinus, Sutorius, & Sixtus Senensis. Obijt autem anno virginei partus. M. CCCC. XXVIII.

4.

HIERONYMVS BROENICK, Legnicẽsis dom⁹ professus scripsit iussu Prioris maioris Cartusię *Sermones* nonnullos *Capitulares*, (quales certis quibusdã Solẽnitatũ diebus Ordo in domo Capitulari suis solet

Digitized by Google

ſolet loco Concionis prælegere) ſtilo perdulci: adeo vt ex his facilè liceat colligere, hominē fuiſſe præſtantis doctrinæ ac pietatis. Reperiuntur autem manuſcripti in Cartuſia Buxiana: indidemque etiam in vſu ſunt. Quando verò in viuis fuerit, ab illis alijſque expiſcandum.

Obijt in Maiori Cartuſia an. Dom. M. D. XCIV.

HIERONYMVS LIGNANVS quadrageſimus ſecundus GENERALIS Ordinis MINISTER, inſigni pietatis, ac diuini cultus zelo inflammatus, curauit in Maiori Cartuſia per Theobaldum Anælinum Typographũ ac ciuem Lugdunenſem edi anno Domini 1588. in folio regali HYMNOS quibus Ordo per anni circulum vtitur, vnà cum notis. Cui operi liminarem præfigens epiſtolam, inter cætera ita ait: *Mirari nemo iure poterit, quod nos ſana ac pia intentione commoti, pioq; ſuccenſi zelo, ſupernæ crementum gloriæ, Eccleſiæ ornamentum, ac Cartuſianæ pietatis augmentum, totis animis anhelantes,* HYMNOS *quoſdam, nondum ad publicam noſtri Ordinis vtilitatem impreſſos, quaſi recentes floſculos de ſaltibus amœniſſimis laudantis Eccleſiæ nuper collectos, dicti Ordinis noſtri ſacris cantibus iam temporis inſerendos, ſumma diligentia curauimus typis mandari.* Hæc ille; vir ſi quis alius candidus, ſincerus, pius, eruditus, qui hinc an. Chriſti. M. D. XCIV. ad Dñm migrauit.

HIE-

HIERONYMVS MADALIACA, Hispanus natione, professus *portæ cœli* prope Valentiam, scripsisse dicitur

Putatur etiamnum in Hispanijs viuere.

1. *Vitam* S. BRVNONIS, *Cartusianorum Patriarchæ.* Item:
2. *Vitam* S. ROMVALDI, *institutoris Ordinis Camaldulens.* Quæ quidem oretenus habeo ex relatu Eximij M. Nostri, P. COSMAE MORELLII, sacri Prædicatorij Ordinis viri doctissimi; Coloniæ hoc tempore degentis, ac nostri amantissimi.

HORTVLVS DEVOTIONIS, varijs orationum & exercitiorum piorum, quę mentem in Dei amorem rapiunt, floribus peramœnus, quem etsi Patres nostri Colonienses istic apud Iasparem Gennepæum anno Domini 1541. edi curauerint, attamen sine vllo authoris nomine prodijt; nisi quod recentior quædam editio Ludouici Alectorij anno 1577. in lucem prolata, *Hugonis* cuiusdam Cartusiani nomen præ se ferat: Ego verò existimem V. P. GERARDVM HAMONTANVM, olim huius Cartusiæ nostræ doctissimũ PRIOREM, Hortuli huius esse auctorem. Quod cur ita credam, rationem superius reddidi, cùm nimirum de lucubrationibus illius ex professo agerem.

HORTVS DELITIARVM, hoc est,

loci cõmunes de vitijs ac virtutibus; collecti ex Sanctorũ aliquot Patrum ſcriptis, atque in vſum potiſsimum Concionatorũ ordine Alphabetico diſpoſiti, impreſsi Mediolani anno 1515. in forma quarti, auctore LAVRENTIO IVSTINIANO. De quo vide in litera L.

..uit ſub Alberto Imperat. anno M. CCC.

HVBERTINVS de CASALI, Ordinis fratrum Minorum, ac Ioannis de Parma, GENERALIS quondam Magiſtri auditor, Cartuſianorum tandem inſtituto nomen dedit, ſcripſitque in Apocalypſin

1\. Commentarium, quem prænotauit. *De ſeptẽ ſtatibus Eccleſiæ, iuxta ſeptẽ viſiones quæ leguntur in Apocalypſi*. Operis initium eſt: *Vniuerſis Christi* IESV *verè fidelibus*. Huic eidem quoque adſcribit Trithemius inſig-

2\. ne volumẽ, quod vocauit *arborẽ vitæ Crucifixæ*, niſi fortè vnum idemq; ſit cum ſu-

3\. periori. Nec non & *Sermones* varios, & Epiſtolas, aliaq; nonnulla nobis non viſa.

** Gerſonem intelligit.*

Admonent nos verò Catholici * quidã (inquit Trithemius) HVBERTINVM in præfato opere *arboris vitæ crucifixæ*, certis quibuſdã in locis (maximè vbi Simeonis Canticũ exponit) cautè eſſe legendum, eò quod de quibuſdã articulis præter cõmunem Orthodoxæ Eccleſiæ opinionem, ſentire videatur. Quem tamẽ idem Trithemius ex parte excuſat. Vixit tẽporibus Alber-

Digitized by Google

Alberti Imperatoris, nempè circa annum Dñi millesimum trecentesimum.

341. *Quid sentiendum sit de remissione confitentium mortalia, & cæt.*

342. *Defensorium paruulum pro S. Thoma, cõtra eos qui illius scripta minus vera reputant.*

343. *Excerpta variorum librorum D. Gregorij, Bernardi, Hieronymi. Item præcipuorum aliquot librorum Augustini, Ambrosij, B. Thomæ, Hugonis, & Richardi. Item totius corporis iuris Canonici & Ciuilis. Nec non & ex diuersis historicis, & chronicis, librisq; Philosophorum Platonis, Aristotelis. &c.*

344. *De officio Abbatis.*

345. *De officio Cancellarij.*

346. *De officio & modo iuuandi Suffraganei.*

347. *De officio Prioris in Ordine Cartusiensi.*

348. *De regimine Comitis.*

349. *De regimine Principis.*

350. *De regimine boni Aduocati.*

351. *De officio Magistri piscium.*

352. *De librorum compaginatore.*

353. *De officio Vicarij, Procuratoris, Sacristæ, Emendatoris, Cantoris, Infirmarij, ac Sacerdotis hebdomadarij.*

354. *De officia prædicandi.*

355. *De spirituali Sacerdote.*

356. *Sermones de dedicatione.*

357. *Sermones breues spirituales per totum annum.*

358. *Sermo optimus pro bona conscientia.*

359. Ser-

Digitized by Google

359. *Sermones de inuocatione diuini auxilij.*

360. Collationes vtiles & breues, ex Epistolis & Euangelijs, ad religiosos.

361. *Paßio Domini nostri* IESV *Christi.*

362. *Postilla dominicalium Euangeliorum per totum annum, cum breuibus sermonibus.*

363. *De corpore Christi.*

364. *Sermo de animabus.*

365. *Sermo de nouo Sacerdote.*

266. *Sermones breues ad monachos*

367. *Sermo de varijs nuptijs.*

368. *Sermones duo de S. Martino.*

369. *Septem sermones de Synodo.*

370. *Octo sermones de diuisionibus.*

371. *Duo breues sermones ad religiosos.*

372. *De electione noui Prioris, sermones tres.*

373. *Septem Sermones de B. Dionysio.*

374. Collatio in die omnium Sanctorum.

375. Sermo pro Reformatoris commendatione.

376. *Sermo salutatorius in receptione, vel acceptione regiminis.*

377. *Nouem sermones, quorum thema est,* qui intrat per ostium, pastor est.

378. *Collatio pro Capitulo Abbatum Ordinis S. Benedicti.*

379. *De vnione.*

380. *Commune Sanctorum.*

381. *De regimine Magistri Cameræ.*

382. *De regimine negociatoris.*

383. De

383. *De regimine ciuitatis, & Conciliorum.*

Opinor prodijsse Germanicè Ingolstadij.

384. *De Concilio generali, qualiter errare possit, & qualiter non: & quo pacto circa scisma habere se oporteat.*

385. *De gratiarum actione, & sporta fragmentorum.*

386. *De arte audiendarum confeßionum.*

387. *Soliloquium secundum quatuor libros sẽtentiarum.*

388. *Tractatus, quomodo præscribitur contra statutum religionis.*

389. *De nouo anno, quod cuilibet dandum sit.*

390. *De regimine medicorum, & spirituali medicina.*

391. *De regimine exactoris, & spirituali militia.*

392. *De potestate absoluendi in canonibus reseruatis, & quomodo de iure communi peccata non sint reseruanda in sacramentali absolutione.*

393. *De potestate absoluendi excommunicatos, quorum absolutio Papæ reseruatur, & potest Episcopus in aliquibus Canonibus.*

394. *Tractatus quomodo corrigant adolescentes viam suam.*

395. *Tractatus ad Beatam Virginem,* 6 pulcherrimam.

396. *De discretione spirituum.*

397. *De statutis Ciuitatum, & Vniuersitatum.*

398. *Ser-*

Digitized by Google

398. *Sermones de Deo, de Spiritu sancto, & de Beata Virgine.*

399. *De visitatione* B. MARIAE *in montana.*

400. *De annunciatione, præsentatione, purificatione, conceptione, natiuitate, & assumptione* B. MARIAE *Virginis.*

401. *De omnibus festis* B. MARIAE.

402. *De corpore Christi.*

403. *De natiuitate Domini.*

404. *Quæstiones & dubia, vtrum religiosi possint emere domos in ciuitatibus.*

405. *Vtrum Prælatus possit dare licentiam intrandi septa Monialium?*

406. *An quis putans se non idoneum ad prælaturam, teneatur (si electus fuerit) consentire.*

407. *An religiosus possit peccata sua occultare.*

408. *An exempti possint ab alijs iudicari, & an eis subiaceant.*

409. *An quis seipsum possit commendare.*

410. *An Monachis licitum recipere precarias, quæ vltra debitum censum dantur.*

411. *Quid censendum sit de pauperibus censualibus, qui non sunt soluendo sine sua culpa, an grauari debeant.*

412. *An liceat religiosis habere dominia temporalia.*

413. *An aliquis infra legitimam ætatem, & coactus ad aliquam religionem, professionem faciens, obligetur ad eandem.*

414. *An corpore vitiati possit initiari Sacerdotio*

415 *Qua-*

Digitized by Google

415. *Quare religiosi de obseruandis, præcipuè campestres, communiter non vtuntur organis, & de esu carnium, quo pacto fiat in ea dispensatio.*

416. *An poßit dari absolutio ab Ecclesiastica censura, per indulgentias plenarias.*

417. *An delegatus subdelegato poßit vltra subdelegare.*

418. *An Cartusiani exempti gratia, exemptionis pro Ordinibus suscipiendis; poßint suos ordinandos cuique Episcopo subdere.*

419. *An Visitator Cartusianus gratia Papalis auctoritatis sibi concessæ, dispensare posſit, eum ordinando, qui debitam non habet ætatem.*

420. *Quæstio de religioso, qui iurauit intrare aliam religionem.*

421. *Quæstio circa stationem, quæ fuit tempore Iosuæ & Ezechiæ.*

422. *An viris religiosis expediat recipere eleemosynas, & pro eis conferre bona sua spiritalia.*

423. *De varijs dubijs in Ordine Cartus. occurrentibus.*

424. *De dubijs, ex pacto interdicti contingentibus.*

425. *De diuersis dubijs, ex Cartusianorum Statutis orientibus.*

426. *De varijs casibus contingentibus in certis locis, ratione miraculorum.*

427. Tra-

427. *Tractatus, quo respondetur ad quæstiones Doctoris Ioannis de VVesalia.*
428. *An liceat releuandæ paupertatis gratia, ditiores ad monasteria admittere.*
429. *An B. Maria Magdalena corpore fuerit corupta.*
430. *Vtrum Clericos vigilare oporteat.*
431. *De domibus suis in ciuitatibus.*
432. *Tractatus contra pestilentiam.*
433. *Chronicon triplex; primũ ab initio mundi ad annum vsque M.CCCC.LXXI. alterum, breue, tertium breuissimum.*

FINIS CATALOGI.

O ingentem librorum molem, ô admirandum plurimarum noctium, annorumque laborem, Quàm nunc toto aberrãt cœlo, qui solitariæ vitæ cultores sine vlla fruge, ac publico bono inertem traducere vitam nugantur: cùm ne seni quidem egregè docti, ac laboris patientes Theologi, nostro hoc æuo simile quid præstarent, quantum vnus hic homuncio laboris solus exantlauit.

Porrò sciendum, hunc IOANNEM de INDAGINE non esse illum, cui hæretici in suis Catalogis adscripserunt libros *de Chiromantia, Physiognomia*, *Canones Astrologiæ*, aliaque ad proscriptam iudiciariam Astronomiam pertinẽtia. Nã auctor

N illorum

istorum, quod præfert (fictiumne, an verum) & ipse nominatus *Ioannes de Indagine*, prohibitus est, vti & reliqui eiusdem farinæ scriptores, in Iudice Romano. Obijt autẽ hic noster circa annum Domini M. CCCC. LXXV. cũ in monastico vitæ genere transegisset annos circiter quinq; supra triginta.

IOANNES HAMBVRCH. vide IOANNES ROEDE.

Martyrio in Anglia occubuit a. M. D. XXXV. 4. Maij.

IOANNES HOVGHTON, natione Anglus, in comitatu Essexiæ honestis admodum procreatis parentibus, ac literarum deinde studijs traditus, tantum in eis progressum, quà legendo, quà scribendo fecit, vt in vtroque iure primam promeruerit lauream, idque in celebri Academia Cantabrigiensi. Cæterum mundanos aspernatus honores, ac coniugij difficultates, annos iã natus duo de triginta, Londinensem ingressus est Cartusiam. In qua annos admodũ 20. rigidã traduxit vitã, adeo vt omnibus admirationi non minus esset, quam venerationi. Deinde verò in Priorem ac Visitatorem Prouinciæ cooptatus, subditis suis magno in aduersis fuit solatio: vti constare cuiuis potest, legenti illa quæ nuper hac de re in lucem sunt prolata. Porro noster hic HOVGHTONIVS vti scriptionis laureolam promeruit

Historia Martyrum Cartus. Angliæ, apud Bernard. Gualte. Colon. in 8.

ruit (extat namque *Epistolarum opus* quod edidit) ita etiam Martyrij trabea insignitus, duplicia de manu Domini meritorũ præmia percepit. Actus enim religionis tuendæ gratia in arucem, semiuiuus deinde euisceratus est anno nimirum Domini M.D.XXXV. ætatis suæ XLVIII. Regiminis verò quinto. Cuius insignẽ Martyrij gloriam, ab impijs hæreticorum calũnijs satis superque in nomine MAVRITII CHANCAEI tutati sumus.

IOANNES HVLLINVS de Rudlinck/ professus domus B. MARIAE *boni lapidis*, prope Vrach, in Ducatu VVirtẽbergẽsi, scripsit librum *de profectu spirituali*, & primò de regimine religionis; quæ quidem in Buxiana adseruantur Cartusia. Vixit verò auctor, anno post natum Christum M.CCCC.XL.

Vixit in Germania An. M.CCCC.LXI.

IOANNES de INDAGINE, vide *Ioannes Haghen*.

IOANNES INSTITVTOR (forsitan *Institor*) natione Germanus, atque alumnus Cartusiæ Buxianæ, prope Memmingam, scripsit librum *de obiectionibus Bibliæ* in 8. (sic namque indigitant Herbipolenses) vixitque anno 1439.

Vixit in Sueuia an. M. CCCC. XXXIX.

IOANNES LANSPERGIVS re & nomine Iustus, ex celebri Germaniæ ducatu Bauaria, & ciuitate Lansperga, honestisque

Obijt in Cartusia Colon. a 1539. 3. Id. Augusti.

stisque parentibus originem duxit. Qui à domino præuentus in benedictionibus dulcedinis, post expletum in alma vniuersitate Coloniensi studij philosophici cursum, mox florem iuuentutis suæ in Carthusia eiusdem ciuitatis creatori suo offerens, corpore & animo mundum deseruit, seseque militiæ spirituali viriliter accinxit. In qua quantum in omni spiritualis vitę disciplina profecerit, quam feruidus extiterit amator Dei, quã deuotus gloriosæ virgini matri eius (hanc etenim post Deũ vnicè diligebat) quam obediens erga superiores, quam durus sibi, quã benignus alijs, quam zelosus pro obseruãtia sacri Ordinis, quam tenax iustitiæ, quam assiduus in oratione, quam infatigabilis in labore, quam multis deniq; verbo & exemplo in via Dei velut fulgidum sydus in firmamento Ecclesiæ positum luxerit, difficile ꝑfecto foret explicatu. Qui porro aliqua hinc nosse voluerit, sedulo pioque animo eius scripta & libros perlegat. Fuit quidem non modò in sæcularibus literis apprimè eruditus, verũetiam internâ vnctione Spiritus S. non mediocriter illustratus. quo dulce fiebat, ei in lege domini meditari die ac nocte, semperq; vel deuotis precationibus, aut sacra lectione: vel certè scriptione tempus fructuosè deduce-

Digitized by Google

ducere, insuper hostiam agni immaculati Deo in altari quotidiè immolare. Et his sanctis exercitijs adeò feruēter incubuit, vt ab illis nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) morbis sineret se auocari, sed supra vires sæpè languens, nihilominus supra vires sese ad ea cogebat. Omnium hominum necessitatibus velut pia mater compatiebatur, seseque petentium consolationi, siue informationi, neglecto interim subinde somno, vel cibo proprio, totum impendere non grauabatur. Nam omnibus alijs, benignus & affabilis, sibi autem soli durus & misericors fuit. Et vt carnem spiritui repugnantem edomaret, corpus suum ieiunijs, vigilijs, flagellis, cilicijs, & alijs pœnitentiæ laboribus assiduè macerabat. Aliquamdiu etiam loricam ferream ad nudam carnem circa renes occultè portauit. A cibis delicatis, à verbis superfluis, ociosis, siue nociuis seipsum studio summo temperabat. Vnde quilibet facilè colligere potest, quanto nitore puritatis mens eius fulserit intus, qui carnis sensuumque suorum tam strenuus castigator extitit foris. Quoniam absque huiusmodi castigatione quisquis se puritatem mentis & corporis adipisci putat, seipsum miserè decipit; vmbram

 sequens,

ſequens, & aerem verberans, Obedientiã ſuperioribus ſuis tam in grauibus quam leuibus rebus adeò ſimpliciter, & abſque vllâ diſcuſſione aut murmuratione quacunque exhibebat, vt omnes id magnoperè mirarentur. Cuius rei gratia cum in officio Prioratus domus Cantauij prope Iuliacum (quod ex ſola obedientia ſuſceperat) propter loci humiditatem, ſuæ naturæ prorſus contrariam, ex vomitu ſanguinis ſæpius vſque ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importunè à ſuis ſuperioribus exegit ad ſalubrioré locũ (licet id maximè deſideraret) remitti. Vnde paulo ante obitum ſuum, pro informatione cuiuſdam Fratris, grauiter teſtabatur ſe in ordine contra ſuperiorum ſuorum voluntatem nec vno verbo ſciẽter vnquam feciſſe. Quapropter tantam cordi & verbis eius Deus infudit gratiam & ſapientiam, vt non ſolum fratres, ſed & Principes quoque & magnates terræ eum requirentes, monita ſalute magna cum auiditate & reuerentia ab eo haurirent, ipsũq; vti Dei amicum, ſeu potius Deũ in ipſo loquenté, honorarét. Et quia in operib⁹ bonis in domo Dei ſeruũ ſe fidelé & prudenté exhibebat, miſericors Domin⁹ ipſum pro incremẽto ſalutis ſuæ calculo, phtiſi, tuſſique violenta, immo & vomitu

tu ſanguinis, diuerſiſque alijs grauibus ac diuturnis languoribus, velut aurũ in igne in hoc ſeculo (quod orare ſubinde, quemadmodum etiam in ſcriptis eius reperimus, ſolebat) à peccatis ſuis plenè (vti ſperamus) purgare dignatus eſt. Nam mirabili patientia ſuſtinebat pœnas omnes & dolores, quibus ſupra modum, præſertim circa finem vitæ vexabatur: adeo vt intuentes ſtuperent; dicerentque ipſum ſupernaturaliter in vita conſeruari. Quod nemini mirum videatur, cum à Medicis ſæpe deſperatus, & morti adiudicatus ſit: eo quod hepar & pulmo læſa & corrupta multis annis, contra eorum ſententiam, valetudinarius ſuperuixerit. Adeoque patientiſſimo hæc aliaque complura animo ferebat, vt ne vel vnum impatientiæ verbulum ab eius proceſſerit ore. Et quando aliqui religioſi, ſeu etiam ſeculares & magnates ipſum inuiſentes, percunctarentur, quinam haberet, ſemper reſpondit, vel benè ſe habere, vel cum Diuo Iob: *Sicut Domino placet: Sit nomen Domini benedictum*. Sæpius tæduit eum diutius viuere propter nimios exceſſiuoſque dolores, cupiebatque diſſolui & eſſe cum Chriſto; maxime propter grauiſſimam Eccleſiæ Catholicę ruinam,

nam, animarumque damnationem, sanguineis lachrymis meritò deflendam: quas passi absque modo & freno per libros Erasmi, Lutheri, & aliorũ Monastici ordinis desertorum (quos à Deo dicebat datos in reprobum sensum) videbat corruptas ad infernũ currere, cũ talibus pseudodoctoribus excæcatus hodie credat mundus. A quorum lectione, ipse penitus abstinebat, abstinendũq; omnimodè monebat: tum quia parũ bonæ frugis habeãt, tũ quia absq; aliquo periculo vel contagio vix legi queat: quid sermo eorum vt cancer serpat, tum etiam quod non modo omnis doctrina, sed etiam omnes libri ipsorum prohibiti & damnati essent. Qua etiam re permotus, vti erat mirè amans & sitiens salutis animarum, multa subinde edidit scripta, nihil nisi pietatem, sanam fidem, eximium in Deum proximumque amorem spirantia: vt pro sua virili parte, quoad eius fieri posset, iam euersos & corruptos ab errore & nexibus diaboli, quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clausis oculis in flammas tartareas properare, extraheret, nutantes ac titubantes firmaret, stantes corroboraret, tepidos accenderet, conantes iuuaret, imperitos instrueret, currentibus calcar adderet, Deo seruire cupi-

cupientibus tanquam probè exercitatus & peritus Dux regium monstraret iter; denique nemini non aliquam adferret vtilitatem. Quod sanè, Deo fauēte, & scriptis eius gratiam haud vulgarem aspirante, cecidit illi non inseliciter: Talem quippè in Dei Ecclesia fructum fecit, vt inter Ecclesiasticos Doctores non postremo sit loco numerandus. Et quia contemni solent hi, qui quod docent, ipsi non præstant, seipsum studuit virtutum omnium tanquam viuum quoddam simulachrum exhibere, nihilque in se admittere, quod doctrinæ illius repugnaret, aut pondus detraheret. Ita fiebat, vt quicquid diceret aut scriberet, plurimum haberet energiæ & authoritatis, etiam apud magnos & eruditos æui illius viros: qui in illo certis indicijs Christi spiritum habitantem, & per os eius tanquam organum sua verba exprimentem, animaduertentes, tum dictum tum scriptum illius sæpè nō mediocriter permouebant. Erat siquidem in totâ illius viuendi ratione mirus candor, columbina simplicitas, cum prudentia multiplici coniuncta, Christiana integritas, prompta erga quosuis beneuolentia, propensa benignitas, suauis, nec tamē dissoluta affabilitas, odium peccati, iustitiæ amor, contemptus mundi, & rerum ter-

Digitized by Google

renarum, paupertatis ingens ſtudium, charitas flagrantiſſima. Quis namque ad illum vnquam acceſſit, qui non ſenſerit illius ſe exhortationibus adiutum? Quis illius familiari vſus colloquio, non aliquid lucri reportauit. Nec ſolum erga fratres ſuos promptiſſima alacritate talem ſe geſſit, ſed etiam erga extraneos, & ignotos. Euangelicum præſtare virum re-ipſa ſemper ſtuduit, non ſolùm ore Euangelium, vt multi hodie ſolent circumferre. Execrabatur plurimum impios dogmatiſtas noſtrorum temporũ, quod cùm tota vita ab Euangelij præſcripto diſcrepent, tamen ſe iactent Euangelicos, & à Deo illuminatos videri velint, quorum illi impudens temeritas, & veſana impudentia ſummè erat inuiſa: ita tamen vt illorum doleret vicem, ploraretq́; cæcitatem & amentiam, qua tum ſeipſos, tum alios complures in ęternas conijcerent miſerias & calamitates; licet id illi nullius penſi habeant, ob vaſtiſſimas cordis tenebras, & præfractam animi obſtinationẽ. Porrò ſępe in lucubrationibus ſuis eorũ reprehendit & cõfutat errores, nõ alio ſanè cõſilio, quàm vt ijs agnitis, reſipiſcãt; aut certè alij eiſdem non implicentur. Eſt enim hoc cõmune ſãctis Dei hominib⁹, vt cupiant ac nitãtur diabolica fraude deceptos

ptos eripere, & ad veram salutis viam reuocare. Non enim ferre possunt animarum pericula, quibus multomagis quam proprij corporis incommodis cruciātur. Sed & ipsa DEI omnipotentis multiplex iniuria, quam accipit ex peccatis hominum, supra modum illos cruciat, ob ingentem erga illum amorem, qui facit vt etiam minima in seipsis peccata non sinant inulta abire. Possemus adhuc multa in huius Venerandi Patris commendationē plena fide scribere, sed quia ex scriptis ille suis abundè cuiuis manifestus est, longam texere historiam, superfluum iudicamus. Feliciter vixit, & felicem vitam obitus felix consecutus est. Non potuit namque malâ perire morte, qui etiā cùm viueret ita vixit, tanquā propediem moriturus. Non necesse habuit mortis timere insidias, qui nihil in se residere patiebatur, quod posset mortis terrorem incutere. Dum vixit, omne peccatum, & quicquid in morte prægrauare posset, diligentissimè à se profligare conatus est, vt morte aduentante nō tum demum, quod multi stolidissimè faciunt, ad mortem sese praepararet, sed ipsam mortem tāquam vitæ aditum lętissimus exciperet. Et certè vnum illum ex eorū fuisse numero minimè dubitamus, qui & vitam in patientia,

& mor-

& mortem habent in desiderio. Quid enim illum delectaret viuere, qui, vti iam ante diximus, tã varijs cruciabatur morbis, vt mortuo, quàm viuenti esset similior? Ergo indesinẽter suspirabat ad mortem, vt posset venire ad conspectũ gloriæ Dei. Et quamuis aliquãdiu dilatus fuerit, nec pro voto exauditus, tandem tamen post multos fideles labores & patiẽtiæ coronas, fructumque animarum quem in Ecclesia Dei & ordine Cartusiano verbo, calamo, & exemplo tulit vberrimum, sacramẽtis Ecclesiasticis religiosè munitus, & omnia sua errata aliquoties scrupulosè pieque confessus, benè compos mente, postquam in sancto Ordine Cartusianorum annos XXX. laudabiliter sancteque vixerat, sanctum spiritum suũ Deo reddidit, à quo illum acceperat, tertio Idus Augusti, Anno ab orbe redempto, M. D. XXXIX.

Scripta quæ à Lanspergio sunt edita.

Cæterùm lucubrationes Lanspergij quę extant, sunt hæ:

1. *In totius anni Dominicales Epistolas & Euangelia paraphrases, adhibitis ad singulas Dominicas Concionibus singulis, interdum binis. Prodierunt primo Coloniæ in 8. apud Melchiorem Nouesianum, anno 1545. Deinde paulò pòst, nempè anno 1553. eadem rursus ibidem in folio recusa sunt, ac po-*

ac postremò Antvverpiæ in 8. apud hæredes Ioanni Stelsij, anno 1575.

2. Opera verò minora Lanspergij, quæ in folio duobus voluminibus Ioãnes Nouesianus, suis ac Materni Cholini sumptibus anno ab orbe redempto 1555. excudit, hæc continent:

I. Enchiridion militiæ Christianæ, quod & Mylius separatim anno 1607. Coloniæ in 12. impreßit.

II. Alloquia IESV Christi ad animam fidelem, quæ etiã separatim Louanij anno 1572. prodierunt.

III. Canones vitæ spiritualis.

IV. Exercitia, precationesq́ue pro infirmis.

V. Epistolarum parænetic arum libros duos.

VI. Exercitiorum Christi formium librum vnum.

VII. Vitam Seruatoris nostri IESV Christi in centum quinquaginta meditationes Concinnatam, quæ & seorsum in 8. apud Gennepæum anno 1537. authore adhuc viuente prodijt.

VIII. Pharetram diuinì amoris, quàm nouissimè in Vbijs recudit Conradus Butgenius in 12. anno 1607.

IX. Hymnorum diuersorum librum vnum.

X. Meditationum in XXII. Threnos, lib. 1.

XI. Soliloquiorum, lib. 1.

XII. Threnorum de Beatißima Virgine, lib. 1.

XIII. Homilias 56. in totam paßionem, & agonem

Digitized by Google

nem IESV *Christi, & alia nonnulla de hac eadem materia.*

XIV. *Demonstrationem elegantem, quæ nam vera sit religio Euangelica*, ad Carolum V. Imperatorem.

XV. *Dialogum inter militem Lutheranum, ac Monachum.*

XVI. *Speculum perfectionis Christianæ.*

XVII. *Sermones Capitulares, quæ in præcipuis anni festiuitatibus concionis loco capitulariter recitari solent, & religiosis præcipuè conueniunt. Vnde & hunc in vsum parua quoque portatili forma auctore adhuc superstite, impensis Quentelij sunt impressi, ac Reuerendo P. Ioanni Guilhardo, totius Ordinis Generali dedicati.*

Cæterùm an liber *Candela Euangelica*, qui sub nomine IOANNIS IVSTI, Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum anno 1527. prodijt, genuinus Lanspergij nostri censendus sit fœtus, consule Posseuinum.

Monemus hoc loco Lectorem, *Enchiridion militiæ Christianæ* IOANNIS LANSPERGII, quod anno M. DC. VII. Coloniæ Vbiorũ *apud Hermannũ Mylium* recudi curauimus, non esse idẽ illud, quod in Indice CLEMENTINO prohibitũ legitur. Illic enim duntaxat proscribitur Cõplutensis editio, quæ in Hispanijs prodijt, non

Digitized by Google

non autem aliæ, quæ Censorum approbatione publici iuris sunt effectæ. Qualis in primis est hæc nostra.

IOANNES de LAPIDE, natione Teuto, in Cartusia Basileensi nomen suum dedit, de quo Trithemius ait, quod fuerit ingenio excellens, eloquio desertus, ac diuinarũ humanarumq; literarũ cognitione apprimè instructus: fuit enim olim in Gymnasio Parisiensi Magisterij lauream adeptus, omniumque suffragio etiam SS. Theologiæ Doctor designatus: ita vt per annos non paucos docendo, legendo, disputando, præstantissimi illic ingenij sui specimen inter doctissimos Theologos ediderit. Doctrinam namq; tutabatur illorũ, qui *reales* nuncupantur. Porrò, Basileam sese cõferens, Vniuersitatẽ illam inter primos plantauit, auxit, roborauit; atq; inter pręcipuos quoq; Tubingensis studij inchoatores authoresq; vnus extitit. Qui denique opimis aliquot à Basileensibus Sacerdotijs cohonestatus, missa omnia fecit, atq; ad Cartusiam se ibidem trãstulit. In qua etsi plurima ediderit literarũ monumenta, Trithemius tamen non nisi hosce duntaxat enumerat.

Viuebat in Cartusia Basileensi, anno M. CCCC. XCIV.

1. *Introductorium Grammaticæ, Lib. 1.*
2. *Dialog. de arte punctuandi.*
3. *De propositionibus exponibilibus.*

4. De

Digitized by Google

4. *De arte soluendi Sophistica argumenta.*

5. * *Commentaria in omnes Logicorum libros*

6. *In Physicorum libros.*

7. *In Metaphysicorum.*

* *Crediderim ante ingressũ Ordinis hæc ab auctore scripta.*

Multos præterea diuersorũ authorũ libros per Tractatus & Capitula distinxit, singulis argumẽta præmittens, quibus quę in illis scribẽtis sit intẽtio, dilucidè possit agnosci: è quib⁹ sunt libri Ciceronis *de Officio, Amicitia, Senectute, somnio Scipionis*, &c. Item libri Effrem Diaconi, libri Ioannis Chrysostomi *de conpunctione cordis*, libri D. Augustini *de contritione cordis*, liber Epistolarum eiusdem, & omnes ferè libri B. Ambrosij, & alia nonnulla quæ Simlerus sua in Bibliotheca recenset. Quæ autem de rebus sacris idem hic auctor conscripsit, hæc potissimum sunt.

1. *Resolutorium dubiorum, circa Missarum celebrationem occurrentium.* Prodijt Venetijs An. 1516. apud Gregorium Rusconiũ. Anno aũt 1596. Cõstantiæ Heluetiorũ, apud Nicolaum Kalt, hac inscriptione; *Casuum, qui Sacerdotibus in Missarum celebratione cõtingere solent.* Patauij verò apud Franciscũ Bolzetam anno 1599. eodem titulo; Auctore IOANNE de LAPIDE, *Theologo Parisiensi*: vnde planè dignus censeri potest, qui diurna nocturnaque manu à Sacerdotibus peruolutetur.

Scri-

Scripsit quoque librum de his, quæ à digno requiruntur Sacerdote. Item 2.

Summarium Paßionis Dominicæ. 3.

De Ascensu Christi in cælos, inter Sermones Effret. 4.

De Conceptione immaculatæ Virginis. 5.

Sermones cõplures ad Clerũ, & Populum. 6.

IOANNES de Louanio, Belga, vir impensè doctus, ac probatæ fidei historicus, nec nõ & totius antiquitatis peruestigator solertissimus, inter alia ingenij sui monumenta, quibus laudem gloriamq; promeruit, scripsit librũ *de vitis Summorum Pontificum,* plurima interserens, quæ iucunditate materiei cupidum posſint detinere Lectorem. In quo non famam sequens, sed ab alijs accuratè explorata cõmemorans, illorum temeritatem historicorum euitare studuit, qui flocci faciunt, falsaúe an vera commemorent; dubia an certa. Quem eundem etiam nonnulla adhuc alia conscripsisse *a* Bostius, *b* Sutorque existimat: licet neuter illorũ ætatem prodat, quando vixerit: fuit tamen professus Cartusiæ Antvverpiens. Liram nunc trãslatæ.

a *Cap. 24. de Script. Cart.*
b *Lib. 2. vitæ Cartus. tract. 3. ca. 7. pag. 571.*

IOANNES MACOCVRTIVS, Tornacensis, Prior Valencenarum, scripsit carmine quatuor *Brunoniadum,* ac *Hugoniadum libros,* obijtq; in Belgio, anno Dñi M. D. XLVIII. IV. Iduum Octob.

Obijt an. M. D. XLVIII.

Viuebat in Germania anno M. CCCC. VII.

IOANNES MESKIRCHIVS, professus *boni lapidis* in Ducatu VVirttenbergensi, scripsit librum, siue tractatum *de vita & honestate Clericorum*, item *Lauacrum conscientiarū omnium Sacerdotum*, quæ adseruari opinor in domo Buxiæ. Vixit an. Dñi 1407. fuitq; quinquagenarius in Ordine.

Obijt anno M.DC. 29. Ianuar.

IOANNES MICHAEL, natione Gallus, patria Constantiensis, XLIII. Ordinis GENERALIS, & antea PRIOR ac professus Domus Parisiensis, vixit laudabiliter admodum in Ordine per annos quadraginta quinque, cui non minus piorum scriptione librorum, quam integerrimæ vitæ conuersatione profuit. Conscripsit namque librum *Exercitiorum spiritualium triplicis viæ*, purgatiuæ, illuminatiuæ, & vnitiuæ: quem primò quidem Lugduni impressit Ioannes Baptista Buysson, an. 1598. Deinde verò an. 1599. eundē Coloniæ recudit Ioan. Gymnicus. Iam verò, quod de hoc opusculo iudiciū tulit Ioannes Comes Parisiēsis Theologus, & Prior Augustinianorū Lugdunensiū, cui examē illius cōmissum erat, hoc fuit; *eum elaboratum, methodoq; optima, & admirabili dispositum, ac luce dignissimū, plurimumq; valere ad vitæ spiritualis profectū*. Scripsit quoq; idem Auctor *Enchiridion spiritualiū exercitiorum*, nec non & *Decachordum Psalterium*, apud

præ-

Digitized by Google

præfatos Typographos impressum. Obijt verò insigni cũ pietatis significatione anno redempti Orbis M. D C. Ianu. XXIX. cui deinde in officio successit Reuer. in Christo Pater, D. BRVNO DAFFRINGVES, q etiamnũ fœliciter Ordini preest.

IOANNES MIRICAEVS, natione Brabantus, patria Louaniẽsis, professione verò Bruxellensis, fertur nonnulla scripsisse, quæ ad manus meas non peruenerũt. Obijt autem Vicarius in Cartusia Rutilana, quæ in Lotharingiæ confinibus sita, etiamnum floret, ibique creatori suo spiritum reddidit, anno reparatæ Salutis M. D. LXXXII.

Obijt in domo Rutilæ, anno M. D. LXXXII.

IOANNES N. Cartusianus, scripsit epistolam quandam deuotionis plenã *de Passione Domini*, eamque dedicauit cuidam nepoti suo N. professo Cartusiæ Vltraiectinæ; est penes nos M. S. adeo vt auctorem opinor quendam nostri huius monasterij professum fuisse. Prologus incipit: *Religioso viro, fratri VV. Ordinis Cartusiẽsis prope Vltraiectum, nepoti meo charissimo, Fr. IOANNES, confrater, & conseruus in Domino salutem.* Caput verò primũ incipitur à verbis Petri Apostoli, *Christo ergo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* 1. Pet. 4.

Ioannes quidam anonymus, de cuius ætate, ac professionis domo diuinandum.

IOANNES OLNEY, natione Britannus, professione verò Cartusianus, scri-

Vixit an. M. CCC. XLV.

psit quinque libros *de miraculis B. Virginis* MARIAE: alium item *Meditationum Solitariarum*. Viuebat, vti Eisengreinius adstruit, anno M. CCC. XLV. Simlerus verò ait illum adhuc superfuisse 1350.

Præfuit Cartusiæ Parisiensi circa annũ M. D. L.

IOANNES PARCEVALENSIS, Prior Cartusiæ Parisiensis, edidit *diuini amoris Compendium*, Lutetiæ apud VVechelium anno Dom. 1530. in forma 8. excusum: claruit ibid. anno post Christũ natum 1550.

Floruit in Cartusia Parisiensi, anno 1524.

IOANNES PICVS, Gallus, Lutetiæ Parisiorum professus, scripsit *in Cantica Canticorum*. De quo ita Iodocus Badius in epistola dedicatoria ad Guilielmum Bibaucium, totius Cartusiani instituti Generalem, operi præfixâ: *Ioannes*, inquit, *Picus, non Mirandulanus quidem ille, tamen si ad ingenij diuitias, benignaque naturæ dotes, & raræ studiorum præmia spectes, sanè quam mirandus, religione pientissima, & pietate religiosissima perinde ac sibi ac Musis canens, Deo tamen & pientissimæ eius matri, ac perpetuæ Virgini, eorumque obseruationi deditis, mirificentissimum concinnauit opus. Totam siquidem Canticorum Salomonis farraginem, eidẽ Deiparæ Virgini, ac incomparabili coaptauit: ne vnguem quidem latum ab operis ipsius fronte prima, ad imum vsque calcem diuaricans, aut cœptam historiam à suo ordine, intercalari quouis diuerticulo diuellicans*. Incipit verò

Scripsit in Cantic. Canticorum, quæ Badius impressit, anno 1524. in 8.

hoc

hoc opus *Rex pacificus*, prodijtque ex Bibliopolio præfati Iodoci Badij, anno post Christum natum millesimum quingentesimum vigesimumquartum, in for. 8. Porrò idem quoque Picus * *paraphrases & Annotationes in Psalmos* conscripsit; quas tamen Romanus proscribit Index. Fuit verò Prior Cartusiæ Dinionensis, ac Prouinciæ istius Conuisitator.

* *Prodierunt apud eundē anno 1524.*

IOANNES RODE, patria Hamburgensis; professus Cartusiæ Horti B. Mariæ propè Pragam, *tres scripsit notabiles epistolas*, ni potiùs libros appellare velimus, lectu suaues, ad quosdam Ecclesiarum Prælatos, nec non & studiosos quosdam Hamburgenses, populares olim suos: quibus inter cætera magis securitatem bonorum religiosorum inculcat. Prioris epistolæ initium est: *Discreto viro, multa bonitate pollenti D. Henrico Oleman, Ecclesiæ Nortim Canonico, IOANNES RODE de Hamburch, Monachus inutilis Ordinis Cartusiens. propè Pragam, cum sinceris orationibus caritatem indefessam*, &c. Egregiè quoque ibidem taxantur Clerici illi, qui pluralitate beneficiorum suas contaminant conscientias. Reperiuntur hæ epistolæ manuscriptæ in bibliotheca nostra Coloniensi, atque alibi etiam impressæ.

Vixit Pragæ anno 1403.

Digitized by Google

Obijt anno 1439.

IOANNES RODE (non *Rhodius*, nam hic in Romano Indice prohibit⁹ est) Germanus, S. Theologię Baccalaureus, de quo ita Trithemius: *Fuit*, inquit, *vir in diuinis Scripturis studiosus & eruditus, & in iure Canonico egregiè doctus, moribus & conuersatione deuotus, & regularis obseruantiæ instaurator celeberrimus. Ex cuius labore & fundamento nouissima Ordinis nostri* (Benedictini) *reformatio Bursfeldensis in Germania cœpit. Hic quondam literis operam dedit in Gymnasio Heidelbergensi* (erat tunc melior ac longè fœlicior loci istius status, quàm nostra hac tempestate) *vbi S. Theologiæ Baccalaureus, & Canonum Licentiatus doctissimus euadens, mente & corpore mundum iam iam contemnere videbatur. Factus deinde Metensis Ecclesiæ Canonicus, & S. Simeonis* (apud Treuiros) *Diaconus, ac curiæ eiusdem Officialis omnia pro Christi amore contempsit, & Ordinem Cartusiensem extra Treuirim, cunctis mirantibus intrauit. Post annos verò aliquot Prioratus officium (licet renuens & inuitus) suscepit. Cernens autem Otto Archiepiscopus Treuirensis virum illum esse doctum, expertum, & zelosum, authoritate summi Pontificis de Cartusia extractum, in Monasterio S. Matthiæ Apostoli Abbatem eum cōstituit, & per eum multa cœnobia in sua diœcesi reformauit.* Hæc Trithemius de Ioanne Rode, ex

Studet Heidelbergæ.

Fit S. Theolog. Baccalaureus.

Item Officialis curiæ Treuirens.

Relinquens omnia, ingreditur illic Cartusiam.

Digitized by Google

de, ex Cartusianorum Priore, Benedictinorum Abbate effecto.

PORRÒ, nouimus consimilia Coloniæ, ad D. Panthaleonē, celebre nimirum eiusdem Benedictini instituti Cœnobium, accidisse. Qui etiam ipsi ex nostra Agrippinensi hac Cartusia duos habuêre Abbates. Quorum primus IOANNES de DEDVCKEN, cognomento SIGMIDE, trigesimus quintus loci istius Abbas fuit, variaque isti monasterio beneficia præstitit, obijtque anno Domini 1464. Alter verò GODEFRIDVS LECHNICH, immediatè ex Cartusia, Pāthaleonistarum omnium suffragijs, Superiorum annuente consensu, extractus, præfato IOANNI in eodem officij genere successit, licet non pari euentu. Resignauit namque triennio ante obitum officium hoc, atque ad Præposituram propè Lacense monasterium *Bonhhos dicta*, diuertens illic in Domino obdormiuit, sub Innocentio VIII, & Roberto Coloniensi Archiepiscopo, anno nimirum Dñi millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio. Atque hæc posteritatis ergô inserenda hîc putaui.

Duo Colonienses Cartusiani, facti Abbates ibidem ad S. Panthaleonem.

CAETERVM, ad propositum redeūdo, sciendū IOANNEM Rode scripsisse ꝓ reformatiōe Monachorū *cōstitutiones vtiles*, qua-

Scripta Ioannis Rode.

quarum initium est: *Cùm diuinum officium, cui*, &cæt. Item, *de qualitate Abbatis* librum vnum, cuius initium; *quoniam ab alto procedit omnis*: nec non & alia quædam, vti Trithemius quidem ait, nobis verò incognita. Obijt verò anno 1439. prima die Decembris, in oppido diœcesis Argentoratensis, vulgò Monthaber (vti Casparus fatetur Bruschius Centuria prima præcipuorum Germaniæ Monasteriorum) cùm præfuisset Abbatiæ S. Matthiæ annis admodum viginti, vel vt idem Bruschius putat, octodecim. Sepultus tamen est in dicta Abbatia ante arã Prothomartyris Stephani, in abside dextra odei: ad cuius tumulum leonini huiuscemodi reperiuntur versiculi.

Fol. 123. editionis Ingolstadianæ, apud Weissenhornios, anno 1551.

Hic iacet in tumba vas Ordinis, alta columna
Abbas donatus, IOANNES RODE *vocatus:*
Collectis membris primo succumbo Decembris,
Tricesimo nono C. quater M. quoq; solo.

IOANNES ROISBROECHIVS, Cuius ideo hic mẽtionem facere visum fuit, vt alijs errorem hunc eriperem, qui volunt nostri illum instituti fuisse. Ita enim ait Sixtus Senensis libro quarto Bibliothecæ suæ Sanctæ: *Ioannes Rruisbroechius*, CARTVSIANVS, *summus atque sanctissimus vir*, &c. Quin & Thomas Bozius

Vixit in Brabantia, anno 1390.

enu-

a enumerans germanicæ aliquot nationis Cartusianos, qui literarum suarum monumentis Christianum illustrarunt orbem, etiam *Ruyssenbroechium* inter illos collocat: cùm tamen iam dudum ante nõ solùm b Trithemius fassus sit, illum fuisse Priorem canonicorum Regularium vallis viridis propè Bruxellam, verum etiam Thomas Campensis: qui vitam ac res gestas Gerardi Magni stilo prosequens, ita inter cætera ait: c *Audiens pius & humilis M. Gerardus magnam ac celebrem famam V. Domini Ioannis Ruisbroechij, religiosi Prioris viridis vallis propè Bruxellam, perrexit ad partes Brabantiæ, &c.* Debet hoc tamen Christiana Respublica nostræ huic Coloniensi Cartusiæ, quod P. Laurentius Surius præfati Ruisbroechij opera omnia ex Germanico idiomate in linguam latinã transtulerit, impressa apud hæredes Ioannis Quentelij in folio, anno 1552. Item recusa apud eundem, anno 1688. Vixit verò Ruesbroechius anno nonagesimo, supra millesimum trecentesimum. Malè autem (vt plurima alia) duo ponuntur à Iacobo Frisio, Tigurino, in sua collectione Gesnerianæ & Simlerianæ Bibliothecarum Ioannes *Ruisbachius*, & Ioannes *Ruisbroechius*, quasi duo diuersi fuerint.

a *lib. 9. de signis Eccles. c. 12. in fine.*

b. *de scriptorib. eccles.*

c. *cap. 10*

Ioannes Svvertivs, natione Bra-

Digitized by Google

Viuit etiam nunc apud Eburones, an. 1608.

bantus, patria Diestemius, professione Agrippinas, transtulit nonnulla Ludouici Granatensis opuscula, eaq; Belgico idiomate donauit: impressa Leodij, vel (vt Lipsius mauult) Leodici. Redegit etiã in Epitomẽ eiusdem Granatensis Conciones: multò nimirũ elegãtius accuratiusq́;, quã Cratepolius: adeo vt si in lucẽ Compendiũ hoc prodiret, posset haud dubio magno esse concionatoribus breuitatem adamãtibus, adiumento. Viuit verò Auctor etiamnum sospes ac sanus in Cartusia Leodicensi.

Viuebat an. 1439.

Ioannes Teneremvndanvs, insigni Flandriæ oppido, Scaldi adiacente, oriundus, fuit vir diuinarum literarum cognitione, ac vitæ sanctimonia, vti & Trithemius & Posseuinus contestantur, admodum præstans. Quippe qui non solùm magna cum laude præfuit Cartusiæ isti Siligniacensi, quæ in Sabaudiæ partibus celebris est, atque ad Burgundiæ Prouinciam pertinet: verum etiam eximijs aliquot literarum monumentis claruit: è quibus Trithemius hæc commemorat.

Scripta quæ ad posteros transmisit.

1. *De notitia Dei. lib. 1.*
2. *De reparatione lapsi. lib. 1.*
3. *De gaudio hominis. lib. 1.*
4. *De fide Christiana. lib. 1.*
5. *De Conceptione B. Mariæ. lib. 1.*

6. De

6. *De natura & lapsu hominis.lib.1.*
7. *De amore Dei.lib.1.*
8. *De sacramento altaris.lib.1.*
9. *De honore Dei.lib.1.*

Alia quoque (verba sunt Petri Sutoris) *dicitur eleganter composuisse, quæ necdum ad publicam notitiam peruenerunt.* Floruit circa annum Domini millesimum quadringentesimum vicesimum. Quem equidem miror Bostium silentio prætērijsse.

IOANNES VENETVS, vide supra *Ioannes à Deo.*

IOANNES VVEITMAN, liberalium artium Doctor, atque ante Ordinis ingressum (vti Patres nostri Herbipolenses suis mihi literis communicarunt) parochialis Ecclesiæ alibi Pastor, scripsisse dicitur *librum meditationum vitæ & passionis Domini nostri* IESV *Christi*; obijsse verò anno ab Orbe redempto, millesimo quingentesimo nono. Fuit autem professus domus aulæ Beatæ MARIAE in Buxia, propè Memmingam, Sueuiæ oppidum.

Obijsse dicitur in Sueuia an. 1509.

IVDOCVS HEROLT, natione Germanus, professus verò domus Tuckelhuissanæ, quæ in Franconia est, ac quarto circiter à VVirceburgo lapide, edidit *Sermones de Sanctis*, ab aduentu

vsque

vsque ad Epiphaniam; nec non & alios quosdam de eadem materia sermones, mihi non visos. Vixit verò, vti Herbipolenses referunt, anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quarto.

Floruit in Cartusia Erphordiana an. Christi. M.D.XXV.

IVDOCVS Hessus, ex Priore domus pontis B. Mariæ in Astheim, quæ tribus VVirceburgo distat miliaribus, Erphordianæ Cartusiæ moderator circa annum Domini 1540. effectus, celebris admodũ quà doctrina, quà pietate exstitit; neque ad id solùm animum mentemque adiecit, vt anno reparatæ salutis 1539. insignes illas GVILIELMI Bibaucij; de quibus alias diximus, Capitulares sermones in lucem proferret, sed & suapte ingenio eruditas aliquot conscripsit sermones; adeoque & carmine & orationis elegantia excelluit, vt versibus Hexametris sanctissimam D. BRVNONIS vitam prosecutus sit, & præter alias orationes quæ exstant, etiam *de optimi pastoris officio scripsit, deque ouium præfectura* orationem composuit, quam habuit anno 1531. In cuius effigiem ad viuũ, quod aiunt, delineatam, quidam hosce lusit versiculos.

Lustra mea vita numerans vndena Iodocus
Hessus, adhuc vegeto pectore talis eram.
Cartusianus eram princeps, vatesque disertus.
Hinc dedit ars nomen, vitaque sancta mihi.

Obijt

Obijt Erphordiæ in Thuringia anno 1539.

L

Vixit in Cartusia Cōfluentina an. M.D. XL.

LAMBERTVS PASCVALIS, Confluentinæ moderator Cartusiæ, vir fuit non doctus solùm, sed & laboriosus; adeo vt in edendis DIONYSII RICKELII lucubrationibus non parum operæ & ipse impendisse videatur: maximè vero in promouendis promulgandisque eiusdem Commentarijs *in epistolas omnes D. Pauli*; quas illustrissimo Principi, simul ac optimo Christianæ fidei assertori Carolo, tūc Geldriæ ac Iuliæ Duci anno Domini M. D.XXIX. inscripsit. Cuius quidem Præfationem hisce auspicatur verbis. *Equidem Patrum nostrorum, publico nomine suscepti iā pridem negotij huius, quo* DIONYSII *nostri doctißimi, amplißimiquè Theologi, primam paramus editionem, plurimum fœliciter me præstitisse arbitror, illustrißime Princeps. Quod mea illud recommendatione præcipuè factum esse videtur, vt eum benigno animo, ne dum in patrocinium suum susceperit clementia tua, sed*, &cæt. Quin & huic eidem LAMBERTO PASCVALI virtutis ac eruditionis ergo Agrippinensium Typographus, ista ætate percelebris, Melchior Nouesianus anno M. D. XL. dedicauit Ioannis Cassiani libros XII. à Dionysio Rickelio para-

paraphrasticè redditos: vbi PASCVALEM hunc, adeoque & totum Cartusiensem Ordinem huiuscemodi verborum præconio commendat. *Laudandum est tuum, atque adeò totius familiæ vestræ consilium, quibus satis non est ipse piè christianeque viuere, verùm & proximum eodem adducere propositum est, nec quicquam à vobis prætermittitur, quod istuc vtile fore videatur: Quòd licet vnus* DIONYSIVS *à Rickel vestra opera ac impensa bona ex parte in lucem editus, locupletissimè testetur, innumera tamen & alia non minus illustria exēpla vestræ diligentiæ exstant præclarissimorum scriptorum (quos ex plus quā Cimmerijs tenebris eruistis) posteris traditorū.* Hęc ille. Cęterum si quid præterea auctor hic librorum conscripserit, aut si qua vitę sanctimonia floruerit, incompertum nobis est, nisi quod magnoperè doleamus, paucas admodum reperiri Cartusias, quarum Moderatores literarum à suis olim conscriptarum monumenta, vel etiam res præclarè ab ijsdē gestas, nobis cōmunicēt, aut transmittant. Adeo vt nonnunquam timidè in rebus dubijs procedere, ac quasi in tenebris palpare oporteat.

Promonit quoque sua opera editionem scriptorum Dionysij Rickelij, aliaque nonnulla.

LAVRENTIVS IVSTINIANVS, non quidem Venetiarum ille protopatriarcha, qui ex Cœlestinorum familia, pręclara aliquot ingenij sui monumenta ad posteros

Vixisse videtur circa annum Domini. M. CCCC.

ſteros tranſmiſit, noſtriſque, vti ex vita eius conſtat, familiariſſimus extitit; ſed alter eodem nomine, licet profeſſione Cartuſianus. Quem miror à Poſſeuino ac Sixto Senenſi inter ſcriptores Eccleſiaſticos non connumerari, cùm ediderit inſigne quoddam opuſculũ, quod HORTVM DELITIARVM indigitauit, prodijtq; apud Inſubres Mediolani, anno Dom. M. D.XV. in quarto: adeo vt circa illa tẽpora auctorẽ in Ciſalpinis partibus floruiſſe credibile ſit. Porro, ille quidem vti erat inſigni præditus animi demiſſione, ita noluit ſuum operi præfigere nomen. Quod tamen Gaſpar Bracellus, dedicatoriam præfigens, poſtmodum ſuppleuit: inſcribens nimirum ipſi auctori proprias haſce ſuas lucubrationes: idque hiſce verbis. *Solent plerique qui literarũ operantur, dum laborum ſuorum fructus alijs deguſtãdos proferunt, delectionem duntaxat illis oſtendere, quam ex cultura ſuæ ſtudijs percepêre. Sunt qui gloriæ cupiditate illecti, ijſdem laboribus inſudant.* &cæt. *At tu pientiſſime Pater* (ipſum Iuſtinianum Laurentium alloquitur) *eâdem animi magnitudine qua illa contempſiſti, quæ reliqui mortales admirantur, cùm ad veræ doctrinæ cultum animum intenderis, non gloriam, non præmium, appetenda tibi propoſuiſti. Sed in latiſſi-*

Habetur Tom. I. Surij, 8. Ianuarij. Lege præfationẽ, & cap. 4. & 12.

latißimo diuinarum scripturarum campo die noctuquéoperatus (ex his equidem verbis arbitror hunc auctorem nostrum nonnullos etiam alios conscripsisse libros, qui ad nostram notitiam non peruenerint) *eam frugem indè collegisti, qua hominum cœtus cœlesti veluti ambrosia pasti, ad veram fœlicitatem alerentur : Cùm sancti & eloquentes viri, qui suis in concionibus homines aut à vitijs deterrent*, aut ad virtutes *cohortantur, ex pleno hoc* DELITIARVM HORTO (ita namque liber hic inscribitur) *ea poßint depromere ; quæ ad certam animarum salutem hominibus conducant.* Hæc ille: cæterum auctor ipse (vt nimirum argumentum libri intelligas) *in conuersionis*, inquit, *meæ primordio, cùm ob mentis recreationem auctoritates Patrum Sanctorum legerem, quæ postmodum vt sciui ordinaui in modum alphabeti: vt quæ ad meditationem, prædicationem, disputationem ibidem essent vtilia, leuius reperirentur.* Porro operis exordiũ, hâc ad DEVM prece auspicatur. *Domine Deus meus, da cordi meo te desiderare, desiderãdo quærere, quærendo inuenire, inueniendo amare, amando mala redimere, redempta non iterare*. Reliqua verò de auctore hoc; nempe, in qua Ordinis domo vixerit, quid officij administrauerit, quaue ætate obierit, nobis incomperta.

LAV-

LAVRENTIVS cognomento MVSCHESELE, origine Flander, quanto animi feruore mundana omnia missa fecerit, atque ad celebrem illam Cartusiam, quæ propè Angianum Hannoniæ oppidum sita est, sese contulerit, constat ex cap. 25. lib. 7. chronici Petri Dorlandi, necnon & capite 35. Arnoldi Bostij. Quem & hisce insuper verbis Sutorius noster commendat: *Laurentius Pater celebris, virtutibusque ac literis affatim refertus, magno animarum zelo efferbuit: quas opere, lingua, calamoque Christo lucrari studuit. Sed & tanta deuotione, ac vitæ sanctimonia præditus fuit, vt & diuinis reuelationibus fuerit dotatus. Siquidem à beatissima Virgine & Martyre Catharina (quam vnicè dilexit) crebrius visitatus, & rosa cœlesti vice quadam donatus esse fertur*. Quod & Dorlandus suo quoque confirmat testimonio, loco supra citato. *Scripsit autem inter alia*, inquit idem Sutor, *de amore silentij & solitudinis librum vnum; Item tractatum de *fertulo* (nisi mendum fortè sit in exemplari) *Domini nostri* IESV *Christi, & alia quædam*. Porro quænam ista alia sint, non refert, nisi quod a Dorlandus ait, composuisse eum, vel potius cœlitus hausisse EXERCITIVM QVODDAM SPIRITALE *de Paruulo & Agno*, quo tempore diuini officij, ex debito per-

Obijt an. Dñ. 1477. 3. Dec.

Lib. 2. vitæ Cart. Trac. 3. c. 7. pag. 98.

Claruit reuelationibus diuinis.

**. Forsitan sertum rosaceum intelligit.*

a. lib. 7. chrõ. Cartus. c. 25. pag. 438. lin. 9.

P to per-

to persoluendi, magno cum fructu vti erat solitus, estque horis Canonicis ad morem Ordinis Cartusiensis, accommodatum, reperiturque penes nos manuscriptum. Vixit verò hic pientissimus Pater in Ordine ad annos plus quadraginta, fuitque octennio Prior in præfata domo Capellæ, ac tandem non sine sanctitatis opinione anno Domini 1477. hinc ad Superos emigrauit; dicens nimirum, *se nec mortem timere, nec diabolum mortis auctorem, adeoque nec infernum ipsum*: quippe, cùm *perfecta charitas foras mittat timorem.*

1. Ioã. 4. 18.

Obijt Colon. an. 1578. 23. Maij.

LAVRENTIVS SVRIVS, patria Lubecensis, etsi inter hæreticos natus & educatus, attamen de eo non immeritò dici potest, quod olim de B. Malachia Hyberniæ Antistite scripsit D. Bernardus, nihil scilicet magis de hæresi cõtraxisse, quàm pisces de sale marino. Nec mirum, à teneris namque vnguiculis Coloniam Agrippinam, studiorum caussa, missus, ibidem cum Canisio, alijsque aliquot catholicorum ciuium liberis, piè ac modestè adoleuit: donec tandem post absolutum studiorum suorum curriculum, contractâ illic in Cartusia cum P. IOANNE LANSPERGIO familiaritate, illorum amplexꝰ est institutum: exercens se cum primis in verten-

vertendis deuotorum, doctorumque aliquot virorum lucubrationibus.

TRANSTVLIT enim è germanico in latinum sermonem *conciones omnes Ioannis Thauleri*, quas Gerardus Hamontanus ista tempestate Cartusiæ huius Præfectus, anno à partu virgineo supra millesimum quingentesimum quadragesimo octauo, dedicauit Adolpho Archiepiscopo Coloniensi: quæ vti tunc ibidem in folio typis promulgatæ fuêre Ioannis Quentelij, sic iam nuper easdem in forma 4. recudit Arnoldus Quentelius.

Scripta P. Surij.

I.

ITEM XV. *Conciones de sacrosancto Missæ sacrificio* Michaelis Sidonij, Episcopi Merspurgensis latinè loquentes fecit, impressas Colniæ in folio, anno 1552.

II.

Dedit quoque latinis auribus doctum ac prolixum illud opus *D. Ioannis Gropperi de SS. Eucharistiæ Sacramento*, siue de veritate corporis & sanguinis Christi in eucharistia, impressum Colô. in 4. an. 1560.

III.

LIBROS etiam quinos *Institutionis vitæ Christianæ* Florentij Batavi, Cartusiæ Louaniensis Prioris latinè est interpretatus: suntq; impressi in 8. Coloniæ in officina Quenteliana, anno 1552.

IV.

Itê sermonê Martini Eisengreinij; *cur tam multi ad Lutheranismum hodie deficiant.*

V.

Quin & *opera Ioannis Ruisbroechij* è bel-

gico ſermone in latinum tranſtulit, impreſſa Coloniæ in officina Quenteliana, anno 1552. nec nõ & libellũ quendã inſignẽ, qui inſcribitur *compendium veræ ſalutis*, eſtque in 16. excuſus Coloniæ.

VI. *Henrici* quoque *Suſonis opuſcula omnia latinè* eſt interpretatus; nec non & ſcripta

VII. quædam doctiſſimi noſtræ ætatis viri FRIDERICI STAPHYLI: nẽpe illius apologiam *1. de vero germanoq́; ſacræ ſcripturæ intellectu, 2. de ſacrorum Bibliorum in idioma vulgare translatione, 3. de Lutheranorum concionatorũ inter ſe conſenſione.* Quæ quidẽ omnia in 8. prodierunt Colõ. apud Quentelianos, a. 1562. dedicata nimirum Epiſcopo Leodiẽſi D. Roberto à Bergis. Por-

VIII. rò *prodromum* eiuſdem *Staphyli*, aduerſus Iacobum Smidelinum, concionatorem Goppingenſem eodem anno Coloniæ editum, atque à ſe cum auctoris conſenſu, imo rogatu, translatum, inſcripſit ſat longa præfatione Moguntino Archiepiſcopo Danieli à Brendel.

ATQVE hæc ferè ſunt, quæ exercitationis cauſſa ex Germanico latinè reddi-

IX. dit. Cæterũ ætate iam adultior, ingenti labore opus quoddam HOMILIARVM eſt aggreſſus. Colligens in vnum corpus eximias aliquot priſcorũ Eccleſiæ Patrũ Homilias. Quibus ſuo marte adiunxit *exegæ-*

ticas

Digitized by Google

ticas in totius anni epistolas, cõciones, impressas Coloniæ, apud Maternũ Cholinum, à 1569. & 1576. Maximiliano Imperat. dedicatas. Authores verò ex quibus præfatũ Homiliarum opus collegit, sunt hi.

1. Origines.
2. Hilarius.
3. Ambrosius.
4. Chrysostomus.
5. Hieronymus.
6. Seuerianus.
7. Augustinus.
8. Maximus.
9. Leo.
10. Fulgentius.
11. Gregorius.
12. Isidorus.
13. Beda.
14. Albinus.
15. Theophylactus.
16. Oecumenius.
17. Rabanus.
18. Eusebius Emesen.
19. Haymo.
20. Audbertus.
21. Ericus.
22. Bernardus.

X. Non exiguis quoq; vigilijs Surio constitit collectio *quatuor Tomorũ Conciliorũ*, Colon. a. 1567. impressorum, ac Regi Hispaniarũ Philippo II. dedicatorum. Quod quàm gratum Regi munus fuerit, declarauit insignis eius erga SVRIVM liberalitas. Quando nimirum Duci Albano in mandatis dederat, vt gratitudinis caussa quingentos ei florenos adnumeraret.

XI. PORRO modis omnibus cõmendatissimus est Ecclesiæ ac toto christiano orbi eiusdem Patris SVRII indefessus labor & industria, qui vt perfectum sacrarum corpus historiarum, de Diuorum rebus præclarè

clarè gêstis, posteritati relinqueret, omni studio elaborauit, atque etiam tandem summa cum nominis sui laude perfecit. Laudãdum siquidem eius studium, quod in conquerendis vndiq; varijs manuscriptis codicibus, adhibuit. Nec paruam laudem meretur cura illa laborque indefessus, quod, vt erudito Lectori gratificaretur, vitas aliquot rudiori stilo cõscriptas, latiniores ornatioresq; reddiderit, ac per duodecim mẽses, adsignato cuilibet suo die, quãdo hinc ad superos emigrauit, cõuenienter distinxerit. De quo equidẽ insigni labore, quid sãctissimus ille christiani orbis Præsul PIVS V. senserit, hisce ipse ad Suriũ verbis testatur: a *Librum, Sanctorum vitas continentẽ, à te nuper editũ, atq; ad nos missum, libentissimè accepimus. Qui quidem eò etiam gratior nobis fuit, quod opus in se continet à nobis semper desideratũ, & ad refellenda hæreticorum, in easdem Patrũ Sanctorũ historias, maledicta, aptissimũ. Laudamus itaq; pium hunc laborẽ tuũ, teq; quod coram Domino vacuus apparere nolueris, debitis in Domio laudibus cõmendamus.* Impressit hos tomos oẽs aliquoties Geruinus Calenius, ac hæredes Quẽtelios. Verum quia operosiores sunt, quàm vt ab occupatioribus legi queant, & cariores, quàm vt à tenuioribus emi, hinc postea permot⁹ Pater Zacharias Lip-

a in speciali diplomate ad Suriũ misso.

pelo-

peloo⁹, eosdē elegāti stilo in Epitomē cōtraxit. De quo suo nobis dicēdū erit loco.

INTERIM verò ne COMMENTARII *rerum in orbe gestarum immemores simus*, scire debet Lector, SVRIVM prout candidi erat pectoris, ac posteritatis amans, inuitum quasi ad hoc scriptionis genus fuisse pertractum. Cupiebat namque catholicæ iuuentuti è manibus eripere commenticias illas Carionis ac Sleidani fabellas, atque ideo Serenissimus Bauariȩ Dux Albertus libens in se susceperat, se res ista ætate christiano in orbe gestas, bona fide SVRIO suggesturum. Quas deinde Michael ab Isselt ab anno Domini 1574. vsque ad annum 1585. quando nimirum à Parmensi Principe Antvverpia ad Catholici Regis obedientiam postliminio redire coacta est, perduxit: prodieruntq; eodem anno Coloniæ in officina Quenteliana. Henricus quoque Fabricius postmodum Spirensis Suffraganeus, eundem Surij rerum in orbe gestarū Commentariū, germanicè tribus partibus transtulit.

XII.

CAETERVM Surius post absolutos Sāctarum historiarum Tomos, cùm illorū sociari cōsortio, quorū vitas Orbi christiano cōmēdauerat, magnoperè anhelaret, in consuetâ orationis sede, placidè conquiescens, fœliciter ad Superos euolauit,

lauit, vigesimo tertio Maij, anno partus virginei septuagesimo octauo supra sesquimillesimum, ætatis quinquagesimo sexto, professionis vero trigesimosexto. Ad cuius germanã effigiẽ vir quidam insigniter doctus nonnullos adiecit versus, è quibus pauculos hosce delibauimus.

Effigiem Surij dum cernis candide Lector,
Quin, capiat tanti fructus amorq; viri.
Qui lucrum duxit mundo latuisse superbo;
Delicias castâ mente vacasse Deo.
Clara LVBECA *necigenuit, sed carior illi,*
Quà patet ad vitam, sedula cura fuit.
Omnibus vt PAVLI *iuxta decreta, salutis.*
Ansa foret, cunctos, omnia factus, obit.
Dum sermone colens latio monumenta piorũ,
Eximias sanè suppeditauit opes.
Sanctorũ præclara quid est certamina magnis
Sex celebrata Tomis, quod dedit vna manus.
Septimus adiungi dum cœptus, turba beata
Cælicolum studijs præmia digna parans,
Sat Superis factum, dixit, donetur Olympo,
Emeritis nostrum insere CHRISTE *choris.*
Nec mora, præsiliẽs SVRIO *mors prõpta sedẽti*
Intrepidum ad Superos cuspide pãdit iter.

LIVINVS AMMONIVS professus Syluæ S. Martini, (distat autem hæc Cartusia vnius circiter diei itinere à Gandauo) & Procurator domus Gandensis, scripsit librum (sic enim in antiquo quodam

M. S.

Digitized by Google

M.S. codice repperi) *de filio prodigo*. Quando autem vixerit, obieritque, mihi penitus incertum.

LVDOLPHVS Saxo, vir qui præstanti pietate, eximiaque eruditione, celebre sibi apud posteros nomen peperit. Edidit namque magnæ vtilitatis pietatisque opera. In quibus comprimis est *Vita Domini nostri IESV Christi*, quam ex quatuor Euangelistarum textu conflauit, ac lucidissimis non minus quàm deuotissimis commentarijs explanauit; adiectis ad finem singulorum capitum precationibus quàm pientissimis, præcedentis Capituli argumento deseruientibus. De quo ita Hartmannus Schedelius Nurimbergēsis: a *LVDOLPHVS Alemannus, Ordinis Cartusiensis, Prior Argentinensis, vir doctrina ac morum sanctitate conspicuus, peroptimè Vitam Domini nostri IESV Christi egregio volumine, & quodam cælesti artificio, immò diuina potius reuelatione, quàm studio fabricauit. In quo certè se ostendit venerabilem Virum, & omnium rerum tam diuinarum quàm humanarum, & potissimum IESV Christi vitæ (prout homini potuit esse possibile) plenissimam habuisse notitiam.* Et quidem quàm auidè hoc Ludolphi opus distrahatur, ostendit frequens illius impressio. Prodijt enim non solùm Parisijs apud Bertholdum Rembolt, sed

Floruit sub Ludouvico IV. circa annum Domini 1330.

a *In historia sua, seu Chronico.*

& bis terve Venetijs apud Iuntas, & ibidem apud Dominicum Guerreum, & Ioannē Baptistam in 4. anno 1572. Porrò anno Dñi 1589. recentior quędā prodijt editio per Ioānem Dadræū Theologum Parisiēsem; & iam nuper Venetijs postrema, prælo Altobelli typographi, cæteris auctior. Collegit quoq; idem LVDOLPHVS ex B. Hieronymi, Augustini, Cassiodori, & Petri Lombardi sentētijs accuratam *in Psalmos oēs Dauidicos expositionē*. In qua typicos præcipuè sensus consectatur: non ita tamē, vt literalem intelligentiā negligat. Operis initiū est: *Sicut olim manna.* Recusum verò iam pridem Parisijs, anno 1606. Scripsit præterea *de remedijs contra tentationes spirituales nouissimi temporis*. Adeo vt dubium non sit, quin profundæ eruditionis vir fuerit: maximè cùm post viginti circiter & sex annos in Prædicatorum instituto exactos (vel vt *b* Sixtus Senēsis loquitur *post trigesimum professionis suæ annū*) *à Dominicanis ad Cartusianos transierit*: mortuus deinde in senectute bona apud Patres nostros Moguntinos. Quos penes dicit *c* Bostius adseruari ipsius autographum de vita Christi propriâ auctoris manu exaratum.

b *lib. 4. Bibl. Sanctæ.*

c *Cap. 11. de viris illustr. Ordinis Cartus.*

Vixit in Burgundia anno 1580.

LVDOVVICVS GOVDAYS, natione Gallus, patria Andegauensis, Cartusiæ Diuionen-

uionensis Præfectus, Græcè, Latinè, & Hebraicè doctus, D. Dionysij Areopagitæ librum de mystica Theologia à se latinè versum è Græco, scholijs illustrauit. Claruit verò sub Rudolpho II. Imperatore. *Hæc Posseuinus in Apparatu.*

Obijt verò in Cartusia Diuionensi anno M. D. XCVII.

LVDOVVICVS *de la* TOVR, siue TVRRIANVS, professus Cartusię Leodicensis, carmine numerali percẽsuit oẽs ex Ordine nostri instituti Generales, quotquot ab ipso D. BRVNONE ad sua vsque tẽpora extitêre: impressumq; est Colonię apud Lambertũ Andreæ An. M. D. XCVII. Verum quia operariorum incuria literæ numerales nõ debitè suis vbiq; locis collocatæ erant, hinc PP. nostri Herbipolenses suis expensis correctiori elegantioriq; typo idem illud CARMEN VVirceburgi apud Georgium Fleischmannum recudi curarunt, anno nimirum M. D C. VI.

Viuit etiamnum in Cartus. Leodicensi.

M.

MARCVS CREVTZER, professus domus Buxię scripsisse dicitur *Collatiões capitulares*, quales certis quibusdã Solemnitatũ diebus Ordo Cartusiensis palàm in Capitulo, cõcionis loco recitat: suntq;, vt fertur, in * quarto: cũ interim auctor è viuis excessisse putetur anno Do. octauo supra millesimũ quadringentesimum: vti ex scriptis PP. Herbipolens. colligere licuit.

Vixit in Sueuia anno M. CCCC.

** Sunt solũmodò M.S. non verò impressi, reperiunturque in Cartusia Buxiana.*

MAR-

Vixit in Cartusia Treuirensi, circa annum Domini 1510.

MARCVS FABRI, professus domus Treuirensis, dicitur nonnulla conscripsisse, de quibus certam habere cognitionem nequeo; exstat verò epistola Henrici Bebelij, ad eundem scripta: vnde sub Maximiliano I. Cæsare claruisse certum est, nempe circa annum Domini 1510.

Obijt anno 1394.

a Lib. 22. de signis Eccles. cap. 5. pag. 1079. lin. 2.

MARSILIVS INGENIVS, siue de INGEN, refertur à Thoma a Bozio, alijsque nonnullis inter eximios nostri Ordinis scriptores. Verum nihil tale præ se fert vel Trithemius, vel Posseuinus. Fuit verò primus Heidelbergensis Gymnasij fundator, quod Rupertus Bauariæ Dux instituens, magnificè dotauit, & Vrbanus Papa VI. (considerent hoc moderni Heidelbergenses Professores, quem nam primarium Academiæ suæ imitatorem, atque approbatorem habuerint, cùm nimirum vnius labij Germania esset, hoc est Romanæ, ac Catholicæ fidei) confirmauit. Porrò Marsilius hic vtrum Auglus natione, an verò Germanus fuerit, præfati auctores dubitant, & nos cum illis. Licet inficias interim ire non ausim, quin fieri potuerit, vt ex professore Heidelbergensi, tandem Cartusianus sit effectus: quemadmodum etiam IOANNES HAGEN de Indagine, ex celebri Erphordianæ Vniuersitatis professore, huic eidem fami-

familiæ nomen dedit: ita namque sentit Bozius, penes quem rei huius sit fides.

Edidit verò hic MARSILIVS haud aspernandæ eruditionis opuscula. E quibus hæc in Bibliotheca Heidelbergensi manuscripta, suo tempore adseruata fuisse, Trithemius memorat: nempe, *Scripta eius.*

* *Quæstiones Sententiarum, lib. 4.* ** Typis excusa sunt.*

De Dialectica; & plures alios in Aristotelis opera, Commentarios.

Excessit verò è vita tempore VVenceslai Imperatoris, & Bonifacij Papæ IX. anno Domini 1394. decimotertio Calendarum Decembris, vbi habet Trithemius, licet Posseuinus dicat eum vixisse anno 1494. errore nimirum typographico; qui in numerum, quod facilè fit, irrepsit: adeo vt pro 1494. poni debeat 1394. Bonifacius namque IX. sub quo INGENIVM expirasse auctor est Trithemius, ex hac luce migrauit An. Domini 1404.

MARTIANVS N. Prior Venetiarum scripsit carmine, *quare Cartusiani non colant proprios*, quos suo in ordine habuêre, *Sanctos. Hac Herbipolenses.* Verum de auctoris ætate, patria, ac cognomine, altum vbique silentium, etiam me penes: eruant posteri dum nos desides silemus, ac talia propemodum fastidimus: immemores planè admonitionis Ecclesiastici, suadentis *lau-* *Eccli. 44-1.*

dan-

dandos esse viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Hæc inquam, suadet ille, an etiam persuadet?

MARTINVS de LAVDVNO, Picardus ac Prior Vallis S. Petri, vir in diuina lectione literarum mirum in modum exercitatus, adeo vt in numerato eas habuerit, tum quoque vitæ conuersatione eximiè pius. Eius nuper PARAENETICAM in lucem dedimus, ex meris nimirum Sacræ Scripturæ sententijs, sibi inuicem mirabili studio artificioque connexis decerptam: ac cuidam nouello Cartusiensis Ordinis tyroni directam: in qua ad perseuerantiam illum hortatur. Quam nonnemo hisce commendat versibus.

Prodijt apud Anthonium Hieract Coloniæ, anno 1607 estque decem squaterniorum.

Si quis Epistolium leget hoc mirabile, discet
Quanta bonis casti cura sit eloquij.
Nota magis nulli domus est sua, quā Venerando
Illius authori pagina sacra fuit.
Nullum etenim sensum aut dictum, vix denique verbum,
Quod non contineant BIBLIA SACRA, tenet.
Multa tamen diuo tenet admiranda Platoni,
Quæ meritò stupeat doctus Aristoteles:
Multaq; SANCTORVM decretis consona PATRVM
Tradidit, è sacris sumpta voluminibus.

Multa

Multa quidem DIVVS BERNARDVS *dogmata fulsit*
Codice diuino Canonicisq́; libris;
Doctoresq́; alij præclara volumina paßim
Muniuêre sacri viribus eloquij:
At nullum legi qui sensa tot accumulârit
E sacris verbis, author vt iste, meris.
Hoc igitur propriæ meruit Cartusia laudis,
Nôrit vt è sacro Codice sola loqui.
Sed quicquid meruit, petit vt referatur ad illũ,
Vnde datũ plenum manat, & omne bonum.

Cæterum, de Auctore ita Posseuinus: *Martinus*, inquit, *Laudunensis, vallis S. Petri Cartusianus, ob sanctitatem celebris, hortatoriam Epistolam, siue libellum scripsit, quo Nouitium increpat, cogitantem pristinum Ordinem laxiorem repetere, è quo ad Cartusianos venerat*. Quin & eximius quidam nostri æui Sacræ Theologiæ Doctor, ac laurea redimitus Poëta, eundem hisce alloquitur Iambis;

R. D. Guilielmus Salsmannus, carmen Iambicũ nostræ præfixit editioni.

Pie, LAVDVNI *alumnus, atq́; filius*
MARTINE, *sic exuberat tua indoles*
In entheas ignita prosperè faces,
Vt quod volutas corde, quod præcordijs,
Sit non nisi cœleste, non nisi sacrum, &c.

prout in principio *Parænetica* huius *Epistolæ*, sacræ Scripturæ locis, ad marginem à nobis illustratis, conspicere licet.

Porrò, quando Auctor vel in viuis fuerit,

rit, vel è vita excesserit, incompertum nobis. Neque enim illius aut apud Posseuinum, aut Trithemium vlla fit mentio. Vnde hîc iubet Plato quiescere.

Vixit exul in Belgio anno 1572. obijtque ibidem anno 1581. die 12. Julij.

MAVRITIVS CHANCAEVS, natione Anglus, ac Lundinensis Cartusiæ professus, vixit in Britannia ista tempestate, quando horrendum illud schisma ab Henrico 8. circa annum Domini 1535. excitatum, aliquot præstantis doctrinæ ac pietatis Viros, inaudito crudelitatis genere, è medio sustulit, ne dicam Martyres effecit. Quos inter non solùm duo illa præclara fuêre patriæ lumina, atque Orthodoxæ fidei culmina IOANNES ROFFENSIS, constantiæ caussa galero ac purpura donatus, ipseque regni Cancellarius THOMAS MORVS, sed è CARTVSIANA FAMILIA nonnulli inculpatæ vitæ religiosi:

Quorum ter senos infandis Anglia fatis
Interimens, ignara spei, sortisque futuræ,
Aut trabe subnexos ferali, aut carcere vinctos,
Fœtenti pedore necat.

Quorum equidem res gestas, atque insignem animi fortitudinem, non auritus aliquis, sed oculatus testis Mauritius nempè Chancæus, optima conscripsit fide: eaque ad totius Ordinis Generalem transmisit. Vbi inter cætera suam deplorat infœlicitatem,

Digitized by Google

tatem, quod nimirum dignus à Deo habitus non ſit, qui cum ſanctis hiſce ſuis, eiuſdem ſecum profeſſionis fratribus, Martyrij palma potiretur. *Ego*, inquit, *nulla ſum laude dignus, quin potius vituperio & ignominia. Prodij namque ex illis, res in aperto eſt, ſed non eram ex illis. Nam ſi fuiſſem ex illis, permanſiſſem vtiquè cum illis: bibiturus calicem quem & illi biberunt. Ego Saul inter Prophetas, ego filius Effrem, intendens & mittens arcũ, conuerſus in die belli, abij retrorſum, in non cuſtodiendo, quæ apud me repoſita erãt.* Et quidem voluit diuina ſapientia, *attingens nimirum à fine vſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter*, ſupereſſe aliquem probatæ fidei teſtem, qui ſanctum hoc auitæ fidei prælium, quod Patres noſtri ad finem vſque ad præliarunt, literarum monumentis ad poſteros tranſmitteret. Qualis in primis hic CHANCAEVS fuit: qui fratribus ſuis omnibus vel ſupplicio è medio ſublatis, vel in vaſtum exilium longè hinc inde relegatis, in Belgium tandem appulſus, quidquid ſuis vſurpauerat oculis, fideli calamo conſignauit. Quem vt ab aliorum (maximè verò hæreticorum) iniquis vindicemus calumnijs, operæpretium fuerit hîc in medium proferre commenta ea, quæ Ioſias Simlerus de hoc integerrimæ vitæ

1. Reg. 11. 12.
Pſal. 77 9.
Sapien. 8. 1.

Patre ex Balæo, pessimæ noto scriptore, in Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ cōminiscitur, vel potius delirando effutit. Sic enim ait: *Mauritius Chancaus, Anglus, Cartusiensis Monachus; & ab Anglia ob Papismum* (hoc est, Orthodoxæ fidei constantiam) *profugus, scripsit sub titulo* HISTORIAE MARTYRVM ANGLIAE: *quamuis essent tyranni ac proditores, de Roffensi, ac Moro, de Reginaldo, & octodecim Cartusianis*. O quàm accuratè Balæus rem tetigit? homo nimirum non solùm ab auitæ fidei sinceritate prorsus alienus, sed & monasticæ professionis præuaricator cum primis sacrilegus: quem ex eius libris fraterculum fuisse, & postea è claustro ad incestum proruisse, auctor est Alanus Copus lib. 1. Dialog. cap. 22. æquè Anglus, licet eruditionis laude, ac vitæ integritate Balæo longè præstantior. Quippe cùm hic pseudohistoricus, *sycophanta fuerit* (verbis vtor Alani) *impudentissimus, atque apostata spurcissimus: dignior sanè qui lupanari, quàm qui Ecclesiæ præficeretur: vtpotè cui multos iam annos nihil aliud æquè videtur cordi fuisse, quàm vt turpem ipse, contra religiosum castitatis votum, Venerem exerceret: obscœnitate verborum omnes lenones & meretrices superaret, conuiciorum plaustra in optimos quosque* (maximè in innocentissimos

Edition. Plãtinianæ anno 1566 pag. 153.

Lib. 5. Dial. cap. 19. pag. 685. lin. 11.

ſimos noſtros hoſce Anglicanos Martyres) *tum viuos, tum defunctos congeret*; & cætera quæ ibidem conſequuntur, vel potius toto ipſo capite decimo nono, & decimo octauo. Ita vt Balæum huius calumniæ pudere iure merito oporteat.

PORRÒ, octodecim hoſce noſtræ religionis fratres, non aliam ob cauſſam horrendæ neci deſtinatos, quàm quod ab Orthodoxæ fidei tramite nollent deſciſſere, ipſoq; Romano Pontifici, tanquam ſupremo Chriſti in terris Vicario, perfidè renunciare, atque adeo Regem ipſum pro primario Eccleſię capite agnoſcere, illiuſque diuortio ſubſcribere, teſtes ſunt oẽs probatę fidei, atque Anglicanæ nationis, Scriptores. E quibus hic vnũ nobis dabo, nempe THOMAM STAPLETONVM, virum præſtanti equidem doctrina, ac publicum diuinarũ literarũ profeſſorem, à quo omnis mentiẽdi ſuſpicio longè aliena. Hic igitur vitam, mores, ac ſupplicium Thomæ Mori accuratè perſcribens, inter cætera *a* ita ait: *Certè Garminius Gardinerus vir nobilis & doctus, at laicus, cum octo annis poſt necem Mori, pro primatu Romanæ Sedis Martyrium ſubiret, in loco ſupplicij nullam aliã apud populum rationẽ adferre voluit, cur ipſe in illa cauſſa mortẽ oppeteret, q̃ quia* CARTVSIANORVM PIA SIMPLICITAS

Prodijt Duaci apud Bogardum, anno 1588.
a Cap. 20.
Inſigne profectò teſtimonium Cartuſianæ pietatis ac ſimplicitatis.

(vbi hic proditio, hîc tyrannis, ô Balæe?) ROFFENSIS EPISCOPI INCREDIBILIS DOCTRINA, & THOMAE MORI SINGVLARIS SAPIENTIA *eum vt hoc faceret, admonere videbatur*. Hæc Martyr de Martyribus.

Cui non immeritò subscribit eximium sanè Lusitaniæ decus Hieronymus Osorius, qui doctiorne an eloquentior sit, incertum: hic inquam libro primo contra Haddonum Anglum, hisce eum verbis, super crudelissima Patrũ nostrorum internecione, interpellat: *Tunc solus ignoras, ex quo primum tempore Britãnia graui infamia laboret? Quomodo enim fieri potiuit, vt cum sancti Viri Ioannes Fischerus Pontifex Roffensis, atque Thomas Morus* PROPTER RELIGIONIS, FIDEIQVE CONSTANTIAM *publicè iugulati sunt: Cùm* CARTVSIANI VIRI RELIGIOSISSIMI, *crudelißimo fuêre supplicio mactati: cùm ædes, in quibus perpetuæ castitatis domicilium constitutum fuerat, publicatæ, atque in profanos vsus conuersæ?* Facta est namque, vti historica memorat narratio, Londinensis Cartusia spelunca latronum, ac scortantium domicilium, adeo vt in ipsa Ecclesia aleis ac chartis lusorijs profana militaris turba operam dederit. Et paulò pòst idem Osorius: *iam verò* CARTVSIA-

Haud procul à principio.

Cap. 15. hist. Cartus. Angl.

TVSIA-

TVSIANI, *inquit*, HOMINES SVMMA RELIGIONE PRAEDITI, *fori atque publicæ lucis insolentes, cur ita crudeliter à vobis vexati, suspensi, dilacerati, flammisqúe absumpti? ob id certè, quod sententia sua, id quod eis nefarium videbatur, minimè comprobarant.*

Quod cùm omninò ita se habeat, putaui mei esse muneris, CHANCAEVM hunc NOSTRVM, vtpote integerrimæ fidei auctorem, ab adulterino balatronis Balæi balatu vindicare. Fuit namque MAVRITIVS hic (vti etiamnũ constare potest Anglicanis nostris Patribus, hac tempestate Mechliniæ, Brabantię meditullio, degentibus, quibus PRIOR olim in Belgio præfuit) eximiè pius, ac sincerè doctus; cuius opera à mendis expurgatus, ac denuò recusus fuit PETRVS SVTOR, de vita Cartusiana: impressus nimirum Louanij, apud Ioannem Foulerum, Anglum, sub capite deaurato, Anno reparatæ Salutis 1572. cum epistola dedicatoria MAVRITII CHANCAEI ad R.P. BERNARDVM, cognomento CARASSVM, totius Cartusiẽsis Ordinis insignem Monarcham. Porrò, obijt idẽ hic CHANCAEVS anno octogesimo primo superioris seculi. *Cuius historica Anglorum Cartusianorum narratio*, Colonię Vbiorum

apud Bernardū Gualtheri, æneis aliquot illustrata figuris, superiori anno prodijt.

MICHAEL N. Prior domus Vallis S. Mauritij in Gyrio (Slauoniæ hæc regio) scripsit, vti Herbipolensium Patrum nostrorum instructione edoctus sum, *de custodia Virginitatis* libros duos, in quibus Virgo & Magister colloquuntur: quorum neutrum vti his oculis vidi, sic nec de auctoris vel ætate, vel eruditione sententiam proferre queo. Quæ idcirco posteris quoque accuratiùs indaganda relinquo.

N.

Obijt Senis in Hetruria, extinctus dolore calculi, an. 1443. vel vt alij volūt 1446.

NICOLAVS ALBERGATIVS, siue Albergatus, ex Bononiensis Cartusiæ Monacho, loci istius celeberrimi designatus Antistes, ac deinde etiam S. R. E. Cardinalis, quandoquidem eximias eius virtutes, ac celeberrimas aliquot, quas ad Principes obijt legationes, copiosè ex Sigonio, Platina, Ciaconio, Bostio, nec non & B. Anthonio, alijsque aliquot auctoribus nostris in Dorlandi Chron. ELVCIDATIONIBVS ad longū recensuimus, vti Lectorum quilibet videre illic poterit, idcirco vnico hîc Petri duntaxat Sutoris testimonio cōtenti, auidum lectorem eò relegabimus. Sutoris aūt verba hæc sunt. NICOLAVS ALBERGATVS,

Lib 7. Notar. cap. 1.

Digitized by Google

GATVS a, ex insigni familia ortus, Cardinalis S. Crucis, & Bononiensis Ecclesiæ Præsul, rerum humanarum diuinarumq; cognitione mirum in modum ornatus; sanctimonia præcipuus, fama percelebris, post primæ ætatis florem mundi oblectamenta deseruit, & vias Domini duras ingressus, Cartusianum Ordinem est professus. In quo quidem cùm annos aliquot laudabiliter exexisset, multis dignitatibus, licet refragrans atque enixißimè reluctans, donatus est. Quas consecutus, diligentißimè studuit pristinũ religionis rigorem obseruare, bonumq; Præsulẽ in omnib⁹ referre, & Reipublicæ Christianæ subsidio adminiculoq; singulari semper esse. Sed &, vt sydus vbiq; refulgens omnib⁹ prodesset, multas scribi curauit epistolas eruditißimas, cœlestem animi sui pulchritudinem, ac sapientiam penè diuinam referentes. Vel vt b Dorlandus habet, studijs aßiduis incumbebat, crebro per populos Dei verba sonabat, dictitabat Sermones, Epistolas ad diuersos ornatißimas transmittebat, tanquam sapiens architectus, scitè docteq; suum adimplens officium. Pergit porrò Sutor: tandem post multos fœlices, præclarosqúe actus, post labores sudoresqúe varios, post legationes cum plena & ampla potestate creberrimas, post grauem denique calculi morbum (quo ad mortem vsque fatigatus fuit) rebus exceßit humanis. Quo vita defuncto, tota fleuit ciuitas, tota

a Lib. 2. vitæ Cartus. tract. 3. ca. 7. pag. 569.

Est insigni oriundus familia.

Fit Cartusianus.

Item Bononiensium Antistes.

Scripta eius.

b Libr. 7. Chro. Cartus. cap. 1. p. 382.

Moritur totius Italiæ cum dolore.

Digitized by Google

tota planxit Italia. De quo multa cum laudè meminit Poggius Florentinus. Extollit & eum magnificè c Bostius: dicens, *fuit vita eius totius sanctitatis exemplum, eloquentiæ stupor, doctrinæ miraculum. Speculum itaque sine macula extitit Prælatis omnibus, Pater pauperum, & inter Dominatores Orbis dissidentes pacis reformator, impeditor schismatis, errorum excidium, &cæt. Denique promeruit duos de familia sua, scilicet* NICOLAVM V. & PIVM II. (*qui antea Æneas Syluius dicebatur*) *in Summos Pontifices sublimari.* Hactenus Sutor: qui tamen omittit diem obitus sui adsignare, quem Bostius & Dorlandus dicunt fuisse annum Domini sextum & quadragesimum, post millesimum quadringentesimum: dissidentes nimirum ab alijs auctoribus, maximè verò Alphonso Ciaconio, qui Summorum Pontificum, nec non & Cardinalium res gestas insigni volumine prosequens, de hoc nostro ALBERGATO ita ait d; *obijt Senis septimo Idus Maij, anno Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo tertio, Pontificatus* EVGENII XIII. cuius sententiæ libens equidem subscripsero.

c *Cap. 22. de vir illustr. Ord. Cartus.*

Prodijt Romæ in folio.

d *pag.* 908. *in fine.*

NICOLAVS CLAMENGIVS, siue vt alij scribũt CLEMENGIS, Baiocensis Ecclesię Cantor, scripsit opusculũ *de laude & fructu*

Vixit in Gallia an. 1400.

fructu vitæ solitariæ, quod ita exorditur: *Doceri per me desideras, q ita in solitudinibus atque in heremo, vt ais, versari delector; quos ibi fructus inueniā, quàm iucundos aspectu, quam suaues gustatu, quàm salutares effectu*. Vnde aliqui forsitan opinari cœpêre, illum nostri aliquando fuisse instituti: maximè cū in opusculi huius frontispicio ita legatur. TRACTATVS *epistolaris præstantissimi viri, egregijque solitarij* M. NICOLAI *de* CLAMENGIIS (*quem Baiocensem inprimis Cantorem, deinde* CARTVSIANVM *fuisse dicūt*) *de laude & fructu solitariæ vitæ*. Scripsit & alia nonnulla, in Romano Indice prohibita, ita vt ipsius Opera illa tantummodo permitti possint, quæ iuxta censuras Patrum Deputatorum emendata excudentur. Porrò, CARTVSIANVM illum extitisse, mea nullatenus fert opinio. Quæ, si quibus non probabitur, per me non stabit, quò minus suo quisque vtatur iudicio.

NICOLAVS GELIMINIVS, natione Heluetius, patria Constantiensis, scripsit (vti ex Herbipolensium instructione habeo) in gratiam nouitiorum librum, cui titulus: *Formula spiritualium Exercitiorum, siue Meditationum*, in quarto, anno 1567. De quo nihil amplius, quod scribam, habeo.

NICOLAVS THVRINGVS, professus, & olim Prior (quemadmodum prædicti Patres mihi suggessere) domus montis omnium Angelorum *in Snals*, Tirolensi Comitatu, scripsit librum *de moribus adolescentum*. Item, *Sermones* & *Orationes* aliquot: nec non & *Colloquium*, *Sapientiam inter & Discipulum*. Similiter & *Tractatus* aliquot *de Passione Domini*. Quorum omnium nihil equidem vidi: itaque non apud me, qui lecta vel audita refero, verum apud auctores rerum primarios, fides erit.

O.

Viuebat an. M.CCCC. L.

OSVVALDVS ANGLVS, vir moribus & doctrina insignis, omnique eruditionis genere sua ætate excellẽs, scripsit (Posseuino teste) tum *Meditationes solitarias, tum de remedijs tentationum*. Viuebat anno millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo.

Obijt an. Dõ. M.CCCC. XXXIV.

OSVVALDVS de CORDA, ex Vicario Maioris Cartusiæ, domus Virtutum in Scotia PRIOR primus effectus, acer ingenio, doctrina præclarus, vitæ sanctimonia eximius, odoriferæ doctrinæ fragrãtiam longè lateque diffudit, inquit *a* Bostius, atq; inter alia complura scripsit in gratiá Emendatoris (ad Emendatoris verò officium pertinet, errata quæ in diuino commit-

a. Cap. 20.

mittuntur officio, palam apud Cartusienses corrigere, ac communi cænaculo de spiritali lectione prouidere) opus quoddam præclarum, ac cum primis necessarium; vtpote quod iuniores in lectionibus debitè legendis (si b Sutori credimus) probè queat dirigere. Plurimum verò in scribendo salis eum habuisse, nec candoris minus, Bostio haud inuiti adstipulamur. Porrò postquam diutinos in suscepto regimine exantlasset labores, plurimasque difficultates, cum Deo superasset, tandem coram positis fratribus, iisque feruenter orantibus, placidè in Domino obdormiuit, Anno redempti Orbis quarto & tricesimo post mille quadringentos, septimo Kalendarum Octobris.

b. *Lib. 2. vitæ Cartus. tract. 3. cap. 7. pag. 569. lin. 1.*

OSVVINVS de BECKA, vide GOSVVINVS.

P.

PETRVS BOMENVENNA, vide, PETRVS LEIDENSIS.

PETRVS CARBO, Marius, Metropagita, Germanus, Cartusianorum apud Brunam Morauiæ Vrbem PRIOR, vir trium linguarum peritissimus, scripsit, *de diuina Christi* IESV *generatione*. Item in Psalmum secundum, & centesimum nonum. Nec non & Commentariolum ad eum ter-

Obijt in Morauia circa an. Domini. 1590.

tertij capitis Geneseos locum: *ipsa conteret caput tuum*. Præterea *de Veritate Hebraica* (fuit namque sacræ huius linguæ apprimè peritus) vnde nam hæc ad Diuinorum intelligentiam librorum, eorundemq; versionem petenda sit; dedicauitque hosce posteriores ingenij sui labores Rodolpho II. Imperatori, cui oppido carus exstitit. *Hæc ferè totidem verbis Possevinus.*

Obijt anno 1507. ipso die S. Genesij, hoc est 25. Augusti.

PETRVS DORLANDVS Cartusiæ Diestensis, quæ Leodicensis est Diæcesis, ex professo Monachus, ac Prior, multa fuit & vitæ integritate, & eruditionis laude conspicuus, magnusque sui ipsius ac rerũ omnium mundanarum contemptor. Vnde & frequenter vsurpare solebat illud Zachariæ Monachi, discipuli nimirum Abbatis Moysis, de quo in vitis Patrum legimus, pallium suum pedibus conculcãtis, ac dicẽtis: *Nisi quis sic fuerit calcibus protritus, Monachus esse ac dici haudquaquam poterit.* Hinc cum graui subinde detineretur ægritudine, semper miram præ se tulit patiẽtiam, vtpotè qui familiare sibi illud S. GENESII, constantissimi Christi Martyris, de quo in *a* Romano agitur Martyrologio, dictum habebat: *Non est Rex præter Christum; quo pro si millies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis.* Neque id frustra, ipso etenim eodem

a. 25. Augu.

dem die D. Genesio sacro (cuius & dicta, & res gestas per omnem vitam identidem prædicabat) ad Dominum emigrauit, anno reparatæ salutis septimo supra sesquimillesimum, ætatis verò quinquagesimo tertio. Eluxit autem in illo, vltimæ ægritudinis tempore (diu quippe lecto affixus fuit, ac varijs grauissimis cõflictatus morbis) eximium religionis pietatisque specimen: Quarum equidem virtutum tũc vel præcipuam significationem edidit, cùm ea diceret & testificaretur, quibus posset intelligi, eum parum de hac miserâ vitâ, multum verò de illa sempiterna esse sollicitum. Porro mirari licet, magnum apud Petrum Sutorem, in *b* capite illo vbi plerosque nostri Ordinis scriptores commemorat, huius sancti Patris esse silentiũ. Immo nec Posseuinus quidquam illius elucubrationum enumerat, præterquam *Dialogum de passione Christi, vitam S. Annæ, ac violam animæ*: cùm interim nos plurima alia nostra in Bibliotheca Dorlandi scripta habeamus: nempe omnia illa, quæ hîc ad marginem asterisco notata conspicis.

b. *lib. 2. vitæ Cart. trac. 3. cap. 7.*

ITAQVE vt Lector sciat, quas nam lucubrationes partim editas, partim ineditas posteris reliquerit, nos hic singulas eo ponemus ordine, quo ad finem reperiuntur Tractatus huius eiusdem Auctoris *de*

vitio

vitio Proprietatis Religiosorū, editi nimirum Louanij in quarto apud Theodoricum Martini, Alostensem, è regione scholę iuris ciuilis, anno Domini 1513.

Opera omnia quæ D. Petrus DORLANDVS, Prior olim Diestensis Carthusiæ conscripsit.

1. *Corona de viris Cartusiensis Ordinis illustribus, siue* CHRONICON CARTVSIENSE, *impressum Coloniæ apud Petrum Cholinum, anno 1608.* illustratum NOTIS Theodori Petreij Cartus. Colon.
2. *Dialogus de perseuerantia Nouitiorum.*
3. *Dialogus de stabilitate Monachorum.*
4. *Dialogus de vitio proprietatis Monachorum.*

a. *Impressus est Louanij in 4. an. 1513*

5. *Tractatus quomodo sancta religio sit instituta, corrupta & reformata.*
6. *Dialogus de vera amicitia.*
7. *Dialogus de remedio amoris practicus.*
8. *Dialogus de remedio amoris heroicus.*
9. *Dialogus de opere amoris & passione Christi.*
10. *Dialogus de mysterijs passionis Christi.*
11. *Dialogus de extremis hominum calamitatibus.*
12. *Dialogus de dominatu vitiorum.*
13. *Dialogus de dominatu virtutum.*
14. *Dialogus de vera hominis sapientia.*

15. Dia-

Digitized by Google

15. *Dialogus de vera hominis beatitudine.*
16. *Dialogus de laude & claritate veræ iustitiæ.*
17. *Dialogi sex ex Theologia naturali Raymundi.*
18. *Dialogus de vera patientia, ex Chrysostomo, ad Stagirium monachum obsessum.*
19. *Dialogus inter sapientem & insulsum.*
20. *Dialogus inter Diestemium & Seruatium, de cognitione sui.*
21. *Dialogus de vnione.*
22. *Dialogus de institutione optimi Pastoris.*
23. b. *Explicatio mystica habitus Cartusiensis.*
24. *De pugna seu militia spiritali sermones tres.*

b. *Impressus est Louanij in.8.a.* 1514.

25. *De quadruplici hominum genere à spiritali prælio reuocando.*
26. *Dialogus de S. Cæcilia, cur Phœnici comparetur.*
27. *Dialogus de S. Vrsula, & sodalibus eius.*
28. *De inuentione & passione S. Laurentij Martyris.*
29. *Sermones valdè celebres de Sancto Laurentio.*
30. *De S. Vincentio Ferrariensi, Ordinis Prædicatorum.*
31. *Vita S. Romani militis & Martyris.*
32. *De varijs Sancti Anthonij Abbatis tentationibus.*

33. De

Digitized by Google

33. *De vita & conuersatione B. Catharinæ Virg. ac Mart.*
34. *De paßione eiusdem ex Baptista Mantuano.*
35. *Dialogus de septem* B. MARIAE *gladijs.*
36. *Dialogus de fraternitate Compaßionis eiusdem.*
37. *Duas coronas rosaceas B. Mariæ versibus heroicis.*
38. *Psalterium B. Virginis, maius.*
39. *Psalterium aliud eiusdem, minus.*
40. *Diadema S. Annæ versibus elegiacis concinnatum.*
41. *Vita ac res gestæ B. Annæ quinque libris.*
42. *De laudibus S. Ioannis Euangelistæ.*
43. *Liber epistolarum.*
44. *Liber orationum ad SS. Trinitatem.*
45. *Psalterium de vita & paßione Domini nostri* IESV *Christi.*
46. *Rosacea Corona.*
47. *De pane salutifero vitæ.*
48. *De laude meditationis.*
49. *Speculum humanæ vitæ.*
50. *Editio philomelæ, Christo comparata.*
51. *Disputatio* IESV *duodennis cum Doctoribus in templo.*
52. *Tractatus de laudibus Spiritus S. prædicabilis.*
53. *Scripsit insuper sermones complures de tēpore: item de Sanctis.*

54. *Ser-*

54. *Sermones notabiles ex sermonibus B. Leonis Papæ de paßione Domini.*

55. *Item nonnulla ad moniales linguâ vernaculâ.* Quæ omnia si quis requirat (*inquit Catalogi huius collector*) in domo professionis suæ in Zeelhem propè Diest facilè reperiet; *modò Nouatorũ rabies Diestensis Cartusiæ bibliothecam integram saluamque reliquisset.*

56. *Habemus quoque in nostra Coloniensi bibliotheca eiusdem Dorlandi Tractatum de tribus Cartusianorum votis.*

57. *Item Dialogum de duabus vijs.*

58. *Hymnos aliquot deuotos.*

59. *Collationes de militia spirituali.*

60. *De Sacerdotum dignitate.*

PETRVS GRYER de Byel (ita enim eum mihi indigerat Herbipolenses) scripsit:

1. *Viaticum pauperum.*
2. *Thesaurum pauperum.*
3. *De abusionum gradibus.*
4. *De paßione Domini.*
5. *De varietate, & peccatis vitæ humanæ.*
6. *Meditationes de beneficijs Dei.*

Quę vnde habeant, ignoro; nam ego de auctore ne gry quidem.

Obijt in Sueuia. a. 1446.

PETRVS IVLIACENSIS, professus domus Buxiæ propè Memmingam Sueuiæ oppidum (ijsdem vtor authoribus) con-

guere moliebantur. Infantem nempe ad Matris defunctæ vbera applicant, vt inde non vita, sed mortis alimentum exugeret; Verum *non est sapientia, non est prudentia, nō est consilium contra Dominum*. Contraxit quidem infans pestem, sed ab ea liberatus est. Deinde pueritiæ annos magnâ vitæ innocentia transmittens, cùm aliqnamdiu literis dedisset operam, spreto sæculo & voluptatibus ilius, bono spiritu & Christi amore inflammatus Coloniæ factus est monachus Cartusianus, anno 1489. Porro bona sua temporaria in pios vsus elargitus est, vt expeditius Christum sequeretur. Toto verò vitę suæ tempore tam in seculo quam in religione semper Deo deuotus fuit, & vt eius confessarij vno ore testati sunt, nunquam in vllum mortale peccatum consensit. Natura erat ad vitam contemplatiuam cumprimis habilis: cui cum gratia accederet, multum in eo vitæ genere profecit, adeo vt non rarò extra sese raperetur, diuini amoris abstractus dulcedine. Pectus enim mundum, & à vitiorum sarcina liberum tam facilè fertur in Deum, quam ignis tendit sursum, & saxa in ima labuntur. Cæterum in vita monastica ita se gessit annis ferè quinquaginta, vt esset omnibus velut

Prou. 21. vers. 30.

Ingressus est Ordinem Cartusiensem anno. 1489.

Putatur letalis culpæ expers fuisse.

Sæpe in extasin fuit raptus.

Fuit ad annos 29. Prior ac Visitator.

exemplar quoddam religiosæ conuersationis. Electus quippe in Priorem, ac deinde in Visitatorem prouinciæ Rheni vtramque functionem strenuè administrauit annis plus minus 29. acerrimus in compescendis ac castigandis vitijs, mansuetissimus verò in fouendis & consolandis afflictis, & sub tentationum sarcina laborantibus. Si quos aliquando ob culpam aliquam zelus iustitiæ obiurgare eum compulisset, faciebat id magna quadam cum grauitate & vehementia, ita vt nonnunquam commotus esse videretur, sed omnem illam obiurgationem nō nisi ex charitate profectam testabatur mira quædam humanitas, qua eiusmodi reprehensiones claudere solebat; blandissimū & amicissimum se illis exhibens, quas increpauerat, adeo vt bono animo illos à se dimitteret. Vbi aliquid vidit fieri inordinatè, æquo id ferre animo non potuit, sed instabat oportunè importunè, increpabat, obsecrabat; & si opus esset etiā pœnas adhibebat, donec id quod corrigendū erat, correctum cerneret. Atq; ea in parte ne illis quidem parcebat, quos familiariter charos habebat; quos etiam offendere non verebatur, iustitia id exigente; donec sanctæ obedientiæ, ita vt par erat, colla submitteret. Sicubi intra vrbem Colonien-

niensem hæreticum aliquem, vel suspectæ fidei concionatorem in parochiã quandã irrepsisse didicisset, ibi tum vir pius & catholicæ religionis zelantissimus, non cessabat per se, perque alios quibuscunque modis poterat, hortari & compellare Magistratum, quoadusque lupus ille procul esset exturbatus; plerisq; alijs interim vel stertentibus, vel dissimulantibus: ad quos tamen magis earum rerum cura pertinuisset. Erat inprimis charus, tam Ecclesiasticâ quàm seculari dignitate præditis ob vitæ innocentiam, & morum integritatem. Quę etiam verbis illius apud omnes pondus & authoritatẽ conciliabat; tametsi alioqui erat ingenio simplici, nec admodũ in rebus politicis exercitatꝰ. Sed profectò aderat illi gratia Spiritus sancti, qua factum est, vt longè plus suâ simplicitate efficeret ac promoueret, quam plerią; suâ calliditate & astuciâ. Quærebat enim primum regnũ Dei, & iustitiam eius, & omnia alia, domino benedicente, adijciebantur ei. Probat hoc in vtroque statu non mediocriter melius prouecta domus Coloniæ. Eius quoque ope & auxilio à Patre Theodorico Loeherio in lucem edita sũt cuncta ferè opera D. Dionysij Cartusiani; quod ante penè impossibile videbatur, ob nimiam scriptorum molem & multitudi-

Zelus eius.

Præfuit Cartusiæ Coloniensi ad annos circiter triginta.

tudinem. Sed & ipſe quoque in diuinis li-
teris haud vulgariter eruditᵒ, libros quoſ-
dam conſcripſit de vitâ internâ, & aduer-
ſus hæreticos: quorum alteri eius in diui-
norum contemplatione gratiam, alteri
catholicæ fidei zelum liquidò teſtantur,
dolebat pio viro ſub Euangelij prætextu
impuros tenebriones non niſi animas iu-
gulare ac prodere, ſuaſque carnis turpiſ-
ſimas voluptates, & mundi huius opes &
honores aucupari. Multa de huius optimi
patris, viri ſanè angelici laudibus dici
poſſent, ſed prolixitatem euitantes, tres
illius egregias virtutes hic commemora-
bimus: nempe virginitatem, manſuetudi-
nem, fortitudinem animi, ſiue patienti-
am, quibus ille excellenter exornatus
fuit. Virginitatem quidem ab ipſis incu-
nabulis adeo ſeruauit integram & men-
tis & corporis (quod ipſe ſuis familia-
ribus amicis ingenuè ſæpè teſtatus eſt)
vt nunquam alicuius fœminæ concupiſ-
centia, nunquam obſcæni cuiuſuis a-
ctus deſiderium, eius mentem tetigerit.
Quā ille puritatem nō ocio & deſidia, ſed
multo labore & ſudore, crebris vigilijs
& precibus, ſtrictâ ſenſuum refrænatio-
ne, & corporis ſeuera caſtigatione ſibi
paraſſe credendus eſt. Et licet interdum
carnis ſentiret impugnationes, eas tamen
adeo

Eius inſignis Virginitas.

adeo ſemper edomuit, vt internam pacem & victoriam, mentiſque munditiam perpetim retineret. Porrò manſuetus adeo fuit in omni vita, vt ob quamlibet ipſi illatam iniuriam, damnum, vel contemptum, nullum vnquam ſenſerit ſeſe vlciſcendi deſiderium. Denique tam inuicta in eo fuit animi fortitudo & patientia, vt nulla vnquam quantumuis grauis calamitas & afflictio id ab illo extorquere potuerit, vt animo mereret ac triſtaretur. Aiebat enim nulla re alia triſtari aut dolere debere hominem Chriſtianũ, niſi ob culpam & peccatum in Deum cõmiſſum. Afflictos plerumquehis verbis ſolabatur: *Nihil vtilitatis habet triſtitia, nulli quicquam confert, ſed multa ex ea incommoda proficiſcuntur*, quę tum ſpeciatim exprimere ſolebat. Atque hæc tria ob magnam animi tranquillitatem, quã illi pepeêre, ſẽper & vbiq; contẽplationi eũ idoneũ reddebãt. Quamobrẽ etiã in mẽſa, pręcipuè tamẽ vbi ſacra audiretur lectio, aut inter colloquia ſalutaria, tanta interdũ cõpunctione cordis liqueſcebat, vt erumpẽtibus vbertim lachrymis, gratias nedũ abſoluere, ſed nec inchoare quidẽ poſſet. Multò vero etiam magis id patiebatur in diuinis officijs; vbi ſi quid ipſe ſolus in tẽplo vel legere, aut cantare debuiſſet, & vel

Manſuetudo.

Fortitudo ac patientia.

Digitized by Google

vitio Proprietatis Religiosorũ, editi nimirum Louanij in quarto apud Theodoricum Martini, Alostensem, è regione scholę iuris ciuilis, anno Domini 1513.

Opera omnia quæ D. Petrus DORLANDVS, Prior olim Diestensis Carthusiæ conscripsit.

1. *Corona de viris Cartusiensis Ordinis illustribus, siue* CHRONICON CARTVSIENSE, *impressum Coloniæ apud Petrum Cholinum, anno 1608.* illustratum Notis Theodori Petreij Cartus. Colon.
2. *Dialogus de perseuerantia Nouitiorum.*
3. *Dialogus de stabilitate Monachorum.*
4. *Dialogus de vitio proprietatis Monachorum.*

a. Impressus est Louanij in 4. an. 1513

5. *Tractatus quomodo sancta religio sit instituta, corrupta & reformata.*
6. *Dialogus de vera amicitia.*
7. *Dialogus de remedio amoris practicus.*
8. *Dialogus de remedio amoris heroicus.*
9. *Dialogus de opere amoris & passione Christi.*
10. *Dialogus de mysterijs passionis Christi.*
11. *Dialogus de extremis hominum calamitatibus.*
12. *Dialogus de dominatu vitiorum.*
13. *Dialogus de dominatu virtutum.*
14. *Dialogus de vera hominis sapientia.*

15. Dia-

15. *Dialogus de vera hominis beatitudine.*
16. *Dialogus de laude & claritate veræ iustitiæ.*
17. *Dialogi sex ex Theologia naturali Raymundi.*
18. *Dialogus de vera patientia, ex Chrysostomo, ad Stagirium monachum obsessum.*
19. *Dialogus inter sapientem & insulsum.*
20. *Dialogus inter Diestemium & Seruatium, de cognitione sui.*
21. *Dialogus de vnione.*
22. *Dialogus de institutione optimi Pastoris.*
23. b. *Explicatio mystica habitus Cartusiensis.*
24. *De pugna seu militia spiritali sermones tres.*
25. *De quadruplici hominum genere à spiritali prælio reuocando.*
26. *Dialogus de S. Cæcilia, cur Phœnici comparetur.*
27. *Dialogus de S. Vrsula, & sodalibus eius.*
28. *De inuentione & paßione S. Laurentij Martyris.*
29. *Sermones valdè celebres de Sancto Laurentio.*
30. *De S. Vincentio Ferrariensi, Ordinis Prædicatorum.*
31. *Vita S. Romani militis & Martyris.*
32. *De varijs Sancti Anthonij Abbatis tentationibus.*

b. *Impressus est Louanij in. 8. a. 1514.*

33. De

33. *De vita & conuersatione B. Catharinæ Virg. ac Mart.*
34. *De paßione eiusdem ex Baptista Mantuano.*
35. *Dialogus de septem* B. MARIAE *gladijs.*
36. *Dialogus de fraternitate Compaßionis eiusdem.*
37. *Duas coronas rosaceas B. Mariæ versibus heroicis.*
38. *Psalterium B. Virginis, maius.*
39. *Psalterium aliud eiusdem, minus.*
40. *Diadema S. Annæ versibus elegiacis concinnatum.*
41. *Vita ac res gestæ B. Annæ quinque libris.*
42. *De laudibus S. Ioannis Euangelistæ.*
43. *Liber epistolarum.*
44. *Liber orationum ad SS. Trinitatem.*
45. *Psalterium de vita & paßione Domini nostri* IESV *Christi.*
46. *Rosacea Corona.*
47. *De pane salutifero vitæ.*
48. *De laude meditationis.*
49. *Speculum humanæ vitæ.*
50. *Editio philomelæ, Christo comparatæ.*
51. *Disputatio* IESV *duodennis cum Doctoribus in templo.*
52. *Tractatus de laudibus Spiritus S. prædicabilis.*
53. *Scripsit insuper sermones complures de tẽpore: item de Sanctis.*

54. *Ser-*

Digitized by Google

54. *Sermones notabiles ex sermonibus B. Leonis Papæ de paßione Domini.*

55. *Item nonnulla ad moniales linguâ vernaculâ.* Quæ omnia si quis requirat (*inquit Catalogi huius collector*) in domo professionis suæ in Zeelhem propè Diest facilè reperiet; *modò Nouatorũ rabies Diestensis Cartusiæ bibliothecam integram saluamquè reliquisset.*

56. *Habemus quoque in nostra Coloniensi bibliotheca eiusdem Dorlandi Tractatum de tribus Cartusianorum votis.*

57. *Item Dialogum de duabus vijs.*

58. *Hymnos aliquot deuotos.*

59. *Collationes de militia spirituali.*

60. *De Sacerdotum dignitate.*

PETRVS GRYER de Byel (ita enim eum mihi indigetat Herbipolenses) scripsit:

1. *Viaticum pauperum.*
2. *Thesaurum pauperum.*
3. *De abusionum gradibus.*
4. *De paßione Domini.*
5. *De varietate, & peccatis vitæ humanæ.*
6. *Meditationes de beneficijs Dei.*

Quę vnde habeant, ignoro; nam ego de auctore ne gry quidem.

Obijt in Sueuia. a. 1446.

PETRVS IVLIACENSIS, professus domus Buxiæ propè Memmingam Sueuiæ oppidum (ijsdem vtor authoribus) con-

guere moliebantur. Infantem nempe ad Matris defunctæ vbera applicant, vt inde non vita, sed mortis alimentum exugeret. Verum *non est sapientia, non est prudentia, nō est consilium contra Dominum*. Contraxit quidem infans pestem, sed ab ea liberatus est. Deinde pueritiæ annos magnâ vitæ innocentia transmittens, cùm aliqnamdiu literis dedisset operam, spreto sæculo & voluptatibus ilius, bono spiritu & Christi amore inflammatus Coloniæ factus est monachus Cartusianus, anno 1489. Porro bona sua temporaria in pios vsus elargitus est, vt expeditius Christum sequeretur. Toto verò vitę suæ tempore tam in seculo quam in religione semper Deo deuotus fuit, & vt eius confessarij vno ore testati sunt, nunquam in vllum mortale peccatum consensit. Natura erat ad vitam contemplatiuam cumprimis habilis: cùi cùm gratia accederet, multum in eo vitæ genere profecit, adeo vt non raro extra sese raperetur, diuini amoris abstractus dulcedine. Pectus enim mundum, & à vitiorum sarcina liberum tam facilè fertur in Deum, quam ignis tendit sursum, & saxa in ima labuntur. Cæterum in vita monastica ita se gessit annis ferè quinquaginta, vt esset omnibus velut

Prou. 21. vers. 30.

Ingressus est Ordinem Cartusiensem anno 1489.

Putatur lethalis culpæ expers fuisse.

Sæpe in extasin fuit raptus.

Fuit ad annos 29. Prior ac Visitator.

exemplar quoddam religiosæ conuersationis. Electus quippe in Priorem, ac deinde in Visitatorem prouinciæ Rheni vtramque functionem strenuè administrauit annis plus minus 29. acerrimus in compescendis ac castigandis vitijs, mansuetissimus verò in fouendis & consolandis afflictis, & sub tentationum sarcina laborantibus. Si quos aliquando ob culpam aliquam zelus iustitiæ obiurgare eum compulisset, faciebat id magna quadam cum grauitate & vehementia, ita vt nonnunquam commotus esse videretur, sed omnem illam obiurgationem nō nisi ex charitate profectam testabatur mira quædam humanitas, qua eiusmodi reprehensiones claudere solebat; blandissimū & amicissimum se illis exhibens, quas increpauerat, adeo vt bono animo illos à se dimitteret. Vbi aliquid vidit fieri inordinatè, æquo id ferre animo non potuit, sed instabat oportunè importunè, increpabat, obsecrabat; & si opus esset etiā pœnas adhibebat, donec id quod corrigendū erat, correctum cerneret. Atq; ea in parte ne illis quidem parcebat, quos familiariter charos habebat; quos etiam offendere non verebatur, iustitia id exigente; donec sanctæ obedientiæ, ita vt par erat, cella submitteret. Sicubi intra vrbem Colonien-

niensem hæreticum aliquem, vel suspectæ fidei concionatorem in parochiã quandã irrepsisse didicisset, ibi tum vir pius & catholicæ religionis zelantissimus, non cessabat per se, perque alios quibuscunque modis poterat, hortari & compellare Magistratum, quoadusque lupus ille procul esset exturbatus; plerisq; alijs interim vel stertentibus, vel dissimulantibus: ad quos tamen magis earum rerum cura pertinuisset. Erat inprimis charus, tam Ecclesiasticâ quàm seculari dignitate præditis ob vitæ innocentiam, & morum integritatem. Quę etiam verbis illius apud omnes pondus & authoritatẽ conciliabat; tametsi alioqui erat ingenio simplici, nec admodũ in rebus politicis exercitat9. Sed profectò aderat illi gratia Spiritus sancti, qua factum est, vt longè plus suâ simplicitate efficeret ac promoueret, quam plerię; suâ calliditate & astuciâ. Quærebat enim primum regnũ Dei, & iustitiam eius, & omnia alia, domino benedicente, adijciebantur ei. Probat hoc in vtroque statu non mediocriter melius prouecta domus Coloniæ. Eius quoque ope & auxilio à Patre Theodorico Loeherio in lucem edita sũt cuncta ferè opera D. Dionysij Cartusiani; quod ante penè impossibile videbatur, ob nimiam scriptorum molem & multitudi-

Zelus eius.

Præfuit Cartusiæ Coloniensi ad annos circiter triginta.

tudi-

adeo ſemper edomuit, vt internam pacem & victoriam, mentiſque munditiam perpetim retineret. Porrò manſuetus adeo fuit in omni vita, vt ob quamlibet ipſi illatam iniuriam, damnum, vel contemptum, nullum vnquam ſenſerit ſeſe vlciſcendi deſiderium. Denique tam inuicta in eo fuit animi fortitudo & patientia, vt nulla vnquam quantumuis grauis calamitas & afflictio id ab illo extorquere potuerit, vt animo mereret ac tristaretur. Aiebat enim nulla re alia triſtari aut dolere debere hominem Chriſtianũ, niſi ob culpam & peccatum in Deum cõmiſſum. Afflictos plerumque his verbis ſolabatur: *Nihil vtilitatis habet triſtitia, nulli quicquam confert, ſed multa ex ea incommoda proficiſcuntur,* quę tum ſpeciatim exprimere ſolebat. Atque hæc tria ob magnam animi tranquillitatem, quã illi peperêre, ſẽper & vbiq; contẽplationi eũ idoneũ reddebãt. Quamobrẽ etiã in mẽſa, pręcipuè tamẽ vbi ſacra audiretur lectio, aut intercolloquia ſalutaria, tanta interdũ cõpunctione cordis liqueſcebat, vt erumpẽtibus vbertim lachrymis, gratias nedũ abſoluere, ſed nec inchoare quidẽ poſſet. Multò vero etiam magis id patiebatur in diuinis officijs; vbi ſi quid ipſe ſolus in tẽplo vel legere, aut cantare debuiſſet, & vel

Manſuetudo.

Fortitudo ac patientia.

Digitized by Google

vnum verbum, quod ad Dei amorem efficacius excitaret, proferre, totus exultabat alacritate spiritus, & præ lachrymis sequentia pronunciare non potuit, idque præcipuè sub vitæ finem annis aliquot. Quam ob causam in præcipuis solemnitatibus, quibus ex officio summam missam cantare debebat, non rarò palam celebrare noluit, sed secretum delegit locum, vbi inter sacrificandum liberius mactare se posset. Erat porrò corde mirum in modum tenero, & diuino amori dedito, quod sagittis amoris facillimè tangi & subito vulnerari posset. Atque ad hæc multum illi contulit vitæ innocentia, spiritalis iucunditas, pax & tranquillitas animi: quibus ille armis vbicunque esset, nunquam carere voluit. Quo fiebat, vt semper hilaris, omnibus sua præsentia adferret consolationem: nec quisquam erat, qui non eius cuperet frui consuetudine. In conuiuijs cunctorum animos honestissimè recreabat, ita tamen vt si quid leuiter aut ociosè dictum videretur, id mox repetens, ad spiritalem significationem, non absq; eorū qui aderant eruditione & ædificatione accommodaret. Sic ille vir pius, & Deo hominibusq; charus, omnē vitam religiosè transigens, tandem in morbū incidit, qui

qui & vitæ finem ei attulit; anno nimirum partæ salutis trigesimosexto supra sesquimillesimum, ætatis verò 70. professionis quadragesimo octauo; quippe qui annos natus plus 22. ad ordinē venit, & decies ad minus, Capituli Generalis tempore, maiorem Cartusiam, in horrendis Sabaudiæ scopulis sitam, inuisit. Quàm verò ingens bonis omnibus sui desiderium moriens reliquerit (obijt autem pridiè Kalendarum Octobris, quando Ecclesia D. Hieronymi festum annuo recolit ritu) præter alia testantur illi lachrymarum imbres, quos non sui modo, verum etiam extranei, dum corpus sepulturæ traderetur, vbertim effundere conspiciebantur.

Moritur septuagenarius.

CAETERVM fallitur Posseuinus, dum hūc *Petrū Leidensem* putat esse diuersum, à *Petro Bloemenuenna*, hoc quippè familiæ fuit nomen, illud patriæ. Porrò litterarum quæ ad posteros transmisit monumenta hæc sunt:

Prodierunt omnia Coloniæ.

1. *De bonitate diuina libri quatuor.*
2. *De authoritate Ecclesiæ.*
3. *Expositio in Psalmum CXXVI.*
4. *Contra Anabaptistas.*
5. *Tractatulus de effusione cordis.*
6. *Candela Euangelica.*
7. *Appendix contra abusus filiorum Ecclesiæ.*
8. *Vita S. BRVNONIS.*

Digitized by Google

9. *Sermo de eodem.*
10. *Exhortatio ad iuuenes.*
11. *Directorium paruum, contemplari inchoantium.*
12. *De inuocatione Sanctorum.*
13. *Enchiridion Sacerdotum.*
14. *Assertio purgatorij.*
15. *Epistola ad Doctorem Arnoldum Tungrensem.*
16. *Informatio succincta de diuersa ratione adorandi DEVM, Sanctos, & homines.*

Quæ quidem omnia Coloniæ typis impressa, in communi Cartusianorum Bibliotheca adseruantur.

Obijt in Maiori Cartusia, anno 1503 27. Augusti.

Petrvs Rvfvs, Maioris Cartusiæ Prior XXXII. Pater in primis Venerabilis, deuotione insignis, omnibusque mirum in modum amabilis, diuinarum humanarumque literarum egregiè gnarus, ac I. V. Doctor percelebris, Inter cætera virtutum suarum ornamenta, benignitate ac patientia mirabiliter excelluit. Siquidem subditis suis, à quibus plurimum amabatur, se in primis beneuolum exhibens, eorum cõsolationi sedulam ante omnia operam nauabat. Etenim non ignarus mali, miseris succurrere nôrat. Tantis namque tribulationum, aduersitatum-

tumque procellis exagitatus fuit, vt nihil fere queat excogitari ærumnarum, quod non prius in ſe experiendo didicerit. Porrò in negotijs Ordinis admodum ſtrenuus, prouidus, ac circumſpectus extitit, quæ & longa experientia edoctus, optima fide tractabat, miraque dexteritate ad optatum effectum perducebat. Nam & varijs in domibus PRIOR, & in nonnullis Prouincijs VISITATOR fuerat, priuſquam ad Maioris Cartuſiæ regimen, totiuſque Ordinis GENERALATVM admoueretur. Ad hæc in ædificijs erigendis, alijſque negotijs externis pertractandis, quàm ingenioſus, acutus, ſolerſque fuerit, teſtatur via illa, quæ de S. Laurentio ad Cartuſiam tendit, mirabili quidem ſtudio, induſtria, labore, impenſiſque multis perhorrida, periculoſa, ac penè inacceſſa loca, per Alpes, per iuga rupium, per concaua conuallium, non ſine plurimorum admiratione conſtructa.

Scripta eius.

PORRÒ, etſi tantis eſſet rerum externarũ occupationibus detentus, nihilominus (quod mirũ videri debet) ingenij ſui pręclara ad poſteros monumẽta trãſmiſit. Ad inſtantiam enim fratrũ ſuorum (quos vt Pater vnicè diligebat) PSALTERIVM DAVIDICVM interpretatus eſt; mira-

Commentatus est in Psalmos, & Cant. Cantic.

miraque insuper industria, ac suaui orationis genere *Cantica Canticorum* ijsdem exposuit: adeo vt legentium pectora & sprituali suauitate reficiātur, & ignito eloquio ad amorem Dei inflammētur. Tandem verò post plurimos labores, post afflictiones varias, post grauem deniq; corporis ægritudinem, qua duobus ante obitum annis mirè fuit exercitus, ac veluti aurum in igne probatus, creatori suo spiritum reddidit, anno partus virginei tertio, post mille quingentos, non sine sanctitatis opinione sepulturæ traditus. Cui deinde in officio FRANCISCVS PVTEANVS omnium suffragijs suffectus est, de cuius virtutibus, simul ac literarū monumentis superiùs à nobis est dictum.

Floruit Parisijs anno vigesimo post mille quingentos.

PETRVS SVTOR, Gallus, Theologus Parisiensis, variarum Cartusiarū Prior, ac Prouinciæ Frācię Visitator, scripsit *de triplici D. Annæ connubio* (licet Baronius, alijq; nonnulli probatæ fidei auctores, eam vniuiram fuisse adfirment.) Item *de Monasticis votis* aduersus Lutherum, Insuper & *Apologiam pro vulgata Bibliorum editionis defensione.* Nec non & *Antapologiam* aduersus Lutherum. Tum quoque *duos* perquàm insignes *de Cartusianæ vitæ instituto, libros.* In quibus cùm huius generis vitæ obtrectatoribus accuratè respondet, tum permulta,

1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

multa, quæ ad alios quoque Cœnobitas spectant, interserit. Prodierunt verò tum Lutetiæ apud Ioannem paruum, tum Louanij, in for. 8. apud Ioannem Foulerum, Anglum, ad intersignium capitis deaurati, anno 1572. Exstat quoque Sutoris liber *de potestate Ecclesiæ in occultis*, Lutetiæ Parisiorum, anno 1546. editus. Obijt verò anno 1537. 18. Iunij.

5.

PETRVS de VINEA, existimatur ab aliquibus, vti Posseuinus ait, auctor esse libri, prænotati CORONA SPIRITVALIS. Verum vbi, vel quando vixerit, neque hic, neque alius quispiam, quod equidem sciam, literis consignauit.

PHILIPPVS N. professione Cartusianus, scripsit opusculum *de brauio & cursu spirituali*, in 8. vti Herbipolenses insinuant.

PORCHETVS SELVATICVS, vel vt alij legunt, *Saluaticus*, ex antiqua Seluaticorum apud Genuenses familia, librum scripsit *aduersus impios Hebræos*, in quo tum ex diuinis literis, tum ex Thalmudicis, Caballistarumque libris Christianæ fidei veritatem nõ minus doctè quàm laboriosè comprobat. Quem & ideo VICTORIAM inscribit, quod per eum Iudæi facilè conuincantur, eorumque conscientiæ non parum lancinentur. Prodijt verò

Putatur vixisse in Cartusia Genuẽsi circa annum Domini 1315.

verò hoc opus Lutetiæ Parisiorum apud AEgydium Gourmontium, anno reparatæ salutis vicesimo suprà sesquimillesimum, ex recognitione Augustini Iustiniani, Episcopi Nebiensis. Qui G. Paruo Trecensis Ecclesiæ Antisti hoc opus inscribens, huiuscemodi de auctore, eiusque libro profert iudicium. *Demiratus*, inquit, *sum non semel, quo nam pacto homo Christianus, Christianis natus parentibus, sed & Genuæ, qua in vrbe ob religionis reuerentiam Iudæis habitatione interdicitur, potuerit omnia lustrasse, quæ apud Hebræos habentur, quãdo penè infinita censeantur: Nam præter Thalmud, quod sex comprehensum ordinibus (sic enim ipsi vocant) continet suprà septuaginta magnos libros, habent Pessatim, hoc est expositores, qui in literali versantur, habent Darssanim, qui allegoriã sequuntur, habent Micobalim, id est Caballistas, quibus peculiare est omnia in Deum reducere; habent & multos alios varij generis scriptores, quorum omnium libri si in vnum redigantur, immensam conficiant struem. Hos tamen omnes ita citat* PORCHETVS, *vt eorum non modò sententias, sed & verba, quin & apices ipsos in librum suum reponat: adeo vt credas illum toto vitæ tempore in Hebræorum scholis versatum. Fatetur nihilominus (nimirum vti fuit candidus & ingenuus) se in structura ædificij sui adiutum à*

Pugio-

Pugione (sic enim liber inscriptus est) Raimundi Martini Gothalani, Dominicanæ nostræ familiæ alumni, quem suspicor quandoque Hebræum fuisse. Nam mihi non est credibile, potuisse Christianum hominem, eundemq́; CARTVSIENSEM Monachum, sine Hebræi cuiusquam auxilio, Hebræorum thesauros ita depilasse. Hęc ille. Cæterùm quando Porchetus floruerit, tàm hic, quàm Posseuinus tacent. Vnde si fides habenda est collectaneis quibusdam Herbipoli ad me missis, reperio annum Domini mellesimum, trecentesimum, quintumq́; decimum.

RENATVS HENSAEVS ex Ducatu Iulię oriundus, pago nimirum Scherpenseel/ circa annum Domini 1587. Coloniæ Agrippinæ ad Diuum Panthaleonem Benedictinorum amplexus institutum, cùm aliquamdiu illic Cellerarij, ac Prioris officium benè laudabiliterque administrasset, iamque ad suauissimos Rachelis amplexus modis omnibus anhelaret, Maiorē adijt Cartusiam, quæ nostri instituti mater est & origo, illicque circa annum Domini 1598. (quantum equidem recordor) melioris vitæ proposito accepto, tandem in aliarū subsidium domorum, in Austriam est relegatus, adeo vt iam Bruinæ in Morauia degens, plurimum isti Cartusiæ quà scribendo, quà piè viuendo prosit, immò

Viuit etiamnum Morauia, anno Domi. 1608.

Statuta) correxit, auxit, atque in tres partes conuenienter distinxit, tanta nimirũ orationis suauitate, vt mirum sit ista seculi barbarie tale q̃d eũ præstare valuisse. De reliquis autem illius scriptis, nihil inuenire potui, inquit *a* Sutor. Obijt autem mortem, seu potius transigit ad vitam anno Domini millesimo, ducentesimo, sexagesimo septimo.

a. Lib. 2. vitæ Cart. tra. 3. cap. 7. pag. 562.

ROCHVS ANGLVS, Cartusianus, cõposuit *pios varij generis versus*, aliaque (vti fertur) complura. Claruit anno Domini M. CCCC. LXX. quemadmodum contestatur *Ioannes Lelandus*.

Vixit anno M. CCCC. LXX.

S.

SEBASTIANVS PETRI, Amstelrodamo batauus, floruit an. Dom. tricesimo tertio post millesimum quingentesimum, præfixitque Hymnis, quibus ordo Cartusiensis vtitur, quique à Dionysio Rickelio commentarijs illustratur, CARTVSIASTICON (ita namque auctor nũcupat) quatuor distinctum Elogijs, versũ nimirum hexametro. Porrò vixeritne in Amstelredamensi Cartusia, hoc est patrio suo solo, an verò alibi, incompertum habeo.

Vixit anno Dom. M. D. XXXIII.

SIMON VVEISSERVS, Nemetus, Herbipolensis Cartusiæ professus, insigni pietatis zelo erga Anglicanos nostros Martyres,

Viuit etiamnum in Cart. Wirceburgensi, anno M. DC. IX.

tyres inflammatus, operam dedit, vt eleganiibus aliquot æneis iconibus INNOCENTIA & CONSTANTIA VICTRIX, post tot annorum decursum, illustrata, in medium prodiret; mihiq; insuper in hisce concinnandis haud contemnendũ Auctorum (maximè Germanorum, quibus alias carendum erat) numerum, libens volensque suggessit: adeo vt si PRIORVM nonnulli tantum studijs nostris adferrent adiumenti, quantum hic præstantis doctrinæ, ac diuini ingenij vir vltrò detulit, polliceri mihi meritò audeam, tã hæc quã alia quæ molimur, ornatius expeditiusq; ad honorẽ Ordinis in lucem proditura. Sed quia *virtus laudatur & alget*, hinc reperire facilius est, qui operas hasce nostras cõmendẽt, quã qui opẽ subsidiũq; ferant. Tu verò mi VVEISSERE, quem ingeniũ commendat, quem eruditio prędicat, quẽ diuini numinis zelus inflãmat, perge quęso modis omnib⁹ de domo DEI, ordinisque decore quã optimè mereri; neq; finito, vt doctissimi istius viri IOANNIS de INDAGINE pręclara sanè literarum monumẽta, diutius cũ blattis ac tineis depugnẽt. Hoc namq; ęquũ est nos abs tali viro non optare modò, sed & impetrare.

Vixit in Cart. Defen. STEPHANVS SALAZARIVS, SS. Theologiæ Doctor, ac Cartusiæ Xeresianæ, in Hispa-

Hispanijs Prior, vir fuit insigniter doct⁹, vtpote tã Hebraicæ, quã Græcę ac Latinæ linguæ peritissimus. Qui & anno Domini 1584. in Maiori Cartusia, sedẽte Capitulo Generali eruditã non minus quã piam ad Patres cõscriptos orationẽ habuit impressam, nimirũ Lugduni Galliarũ, apud Theobaldum Ancelinum. Quin & *Genealogiã* IESV *Christi Redẽptoris nostri secundũ Matthæum accuratissimè explicauit*; cui adiunctæ sunt morales quædam Synopses in vsum Concionatorum. Accessit etiam *commentariolus in caput Matthæi secundum, de Magorum aduentu*. Lugduni apud Corolum Pesnot anno 1584. in forma 8. Scripsit etiam *in Pentateuchum Moysis*, nec non & viginti Commentationes, siue vt vocãt, *Discursus*, idiomate Hispanico admodũ eruditos, quibus impia Nouatorum cõmenta insigniter perstringit, licet eos haud quaquam hæreticos nuncupet. Qui quidem Granatæ apud Hugonẽ à Mena, & Lugduni apud Carolum Pesnotum prodierunt. Quin & *a* Posseuinus auctor est, eũ Occidentalibus quoq; Indis concionatũ fuisse. Obijt verò anno Domini 96. post sesquimillesimum, die 28. Ianuarij, cùm ante fuisset tribus in domibus Prior.

sionis B. Mariæ. prope Xerecium, inclytã Hispaniarum Vrbem, anno nimirũ Dõ: M.D.LX: XXXIV:

1. 2. 3. 4.

a Tomo 3: apparatus sacri:

STEPHANVS SENENSIS, Pater admodũ Venerabilis: *cuius omnes* (vti ex Bostio

Floruit anno M.CCCC.X:

Sutorius cõmemorat) *actiones, splendoris gnitatisqúe plenæ fuêre*. Hic etenim & m rum modestia, & vitæ temperantia a modum excelluit, fuitque ante Ordir ingressum B. Catharinæ Senensis aman ensis, ex cuius ore magnam Dialogoru partem excepit, ac posteris tradidit. Qui & præclarum quoddam opus, *de vita a moribus eiusdem virginis conscripsit*. Fuera verò electus in GENERALEM ordinis verum propter exortum schisma, vltro sese abdicauit, vti latius in NOTIS nostris ad Dorlandum.

T.

Quando vixerit, incompertũ habeo.

THEODORVS HARLEMIVS, insigni Batauiæ vrbe oriũd⁹, quæ & amplidine loci, ædificiorum cultu, situs amænitate, nouisque Episcopatus erectione per Hollandiam celebris est, apud Lutetiã Parisiorum primam S. Theologiæ laureã promeruit. Inde verò Coloniam Vbiorũ contendens, sacro illic Cartusianorum Patrum cætui sociatus, quà scriptis, quà vitæ exemplo, eximium pietatis specimen domesticis suis edidit. Adseruantur namque apud illos *Sermones* nonnulli haud vulgaris eruditionis, quos composuit; similiter & *Epistola* quædam insignis seu *Exhortatio*, Cartusiano cuidam inscripta, *de solitudine ac silentio*, cum alijs nonnullis

1.

2.

nullis, ad Cartusianæ vitæ institutum pertinentibus. Epistolæ initium est, *Charissime Frater in Christo, etsi iam diu nihil scripserim charitati tuæ, tamen non sum oblitus tui: quinimo memor ero tui, quàm diu fuero*, &cæt. Credo ipsiusmet auctoris manu esse exaratam: qui quando in viuis esse desierit, incompertum habeo, nisi quod ante annos plus minus centum floruisse eum existimem.

Floruit in Cartusia Colon. anno 1530. Obijt verò in domo Herbipolensi anno 1554. 26. Augusti.

THEODORICVS LOEHERIVS, à Stratis, patria Brabantus, primum iuuentutis florem in sacra Agrippinensium Cartusia diuino consecrans numini, ob animi candorem vitæque integritatem non solùm suis quibuscum degebat, sed & exteris omnibus perquam charus extitit: admissus nimirum ad Ordinis gremium ab eximiæ pietatis viro P. Petro Leidensi, illo nimirum tempore Coloniensis Cartusiæ Primatum agente. Qui non contentus rebus sese mundanis omnibus abdicasse, etiam vtrumque germanum suum, nempe Brunonem, ac Hugonem Loeherios ad eundem diuini seruitij famulatum secum pertraxit. Quod quidem præclaræ pietatis exemplum magnoperè suis extollit verbis inculpatæ vitæ vir, atque ab omni adulationis næuo alienus Ioannes Iustus Lanspergius: qui cum præfato P.

 Theo-

dem Ordine, verum in eodem quoque (Colonienſi) *monaſterio viuunt, Deoque dicati ſunt.* Hactenus Lanſpergius. Verum Theodoricus quotidiè de virtute in virtutem proficiens, cum non admodum multos in Ordine tranſegiſſet annos, à Priore ſuo Petro Leidenſi Sacriſta, ſeu rerum ſacrarum cuſtos, ac deinde etiam Subprior (Vicarium dicimus) eſt deſignatus: cui etiam annis admodum quindecim pectoris ſui arcana, & priuatim & publicè patefecit. Non facturus vtique, niſi eius ſingularem integritatem taciturnitatemque exploratè cognitam habuiſſet. Cæterum quantos die noctuque in eruendis DIONYSII RICKELII lucubrationibus labores exhauſerit, conſtat ex aliquot dedicatorijs eiuſdem epiſtolis, in quarum vna ita de ſe ait: b. *Magna certè induſtria, magna vigilantia, nec minori labore conatus ſum operũ* DIONYSII *catalogum comportare; at indies librorum eius copia maior adminiſtratur; quos* DIONYSII *eſſe & phraſis, & pietas eius in Deum ſingularis, & (quod his certius eſt) manus eius, qua omnes quos elucubrauit ſeripſit, indicant. Atque vtinam hunc diem viuam, quo* DIONYSII *opera omnia typis videam excuſa. Pro hac quippe re noſtri Ordinis Proceres* (ſic namque in alia quadam

Theodoricus Loehrieus fuit Sacriſta ac Vicarius Cartuſiæ Colonienſ.

b *Epiſtola ad P. Ioannẽ Houthoniũ, inſignẽ Angliæ Martyrem.*

Dionyſius propria manu omnia ſua conſcripſit volumina.

Digitized by Google

conqueritur c epiſtola, Florentię Cartuſię Priori Octauiano inſcripta) *precibus nō ſemel adij, interpellaui Academiæ noſtræ Theologos, conueni Bibliopolas, excitaui diuites, nec vllum non moui lapidem, vbi huiuſce rei ſpes vlla repoſita fuiſſet.* Neque id iniuria: ſciebat namque magnæ & eruditionis & authoritatis viros id aliquoties nequicquam attentaſſe. Inter quos haud infimus fuit P. Georgius Reiſchius, Friburgēſis Prior, qui ob *margaritam*, quam edidit *Philoſophicam*, celebre ſibi comparauit nomen. Itaque quid laboris, quid difficultatis tædijque Loeherius noſter in DIONYSIO promulgando ſenſerit, ingenuè ipſemet fatetur. Subdit nāq;: d *Succeßit ilicò negotia negotium, labor labori iungebatur, dū quatuor ſubinde aut quinque, & nonnunquam octo vel nouem prælα vna in ciuitate à me ſimul poſcerent exemplaria correcta. Quibus tranſcribendis, relegendis, corrigendis, diſtinguendiſque, quæ vigiliæ, qui labores, quæ ſtudia, quot ad libros, ad Doctores recurſus, quis denique motus ac ſollicitudo inſumenda ſunt (præſertim quando crebrò legi non poßint autoris originalia, ſed diuinare oporteat) non puto niſi harum rerum experto fore credibile.* Certè ipſa hæc noſtra Colonienſis Cartuſia aliquot aureorum millia libenter in hunc vſum expendit, vt hæc res optatum haberet ſucceſſum: licet

c. *Præfixa eſt Dionyſij Commentarijs in Hymnos ordinis Cart. anno Dom.* 1533. *impreßis.*

d. *Ibid.*

Digitized by Google

cet non defuerint interim etiam aliarum Primates domorum, qui ad pios P. Loeherij promouendos conatus, haud parum contulêre subsidij: quorum ipse nonnullos (prout erat accepti non immemor beneficij) in quadam liminari commemorans epistola, ita ait: *e Inter hos V. P. D. Ioannes Zulte, Prior Cartusiæ Diestensis, haud ignauiter suam nobis operam locat, ne domus nostra* (Coloniensis) *plus æquo, solaqúe supra vires grauetur. Nam amicos, vt pecunias subsidiarias administrent, ipse cohortatur,*&cæt. *Hoc modo Venerabilis quoque Pater Henricus Bruine Prior Cartusiæ Antvverpiensis, quoad potuit DIONYSIO suppetias tulit. Nec minus adstitêre nobis Prior Gandensis, Buscoducensis, & Louaniensis, viri admodum deuoti & venerandi, DIONYSII euulgationem scribēdo, & exemplaria transmittendo impensè promouentes.*

e Epist. ad Petrum Sass. Cartusiæ Vltraiectinæ. Priorem.

Commemorantur Priores aliquot Belgæ qui subsidiū tulêre in promulgandis Dionysij Cartus. operibus.

VERVM enimuerò cùm iam labor omnis in euulgando DIONYSIO esset exantlatus, iamque strenuus hic Christi athleta quiete se potiturum arbitraretur, noua denuò occupationis mole oneratus fuit. Cùm etenim nominis eius fama apud omnes percelebris longè lateque vagaretur, Hildesienses fratres eum sibi in Priorem adsciuerunt; vbi quid diffi-

Fit Prior Cartusiæ Hildesianæ in Saxonia.

Digitized by Google

cultatis, quid oneris sustinuerit, quis [illegible]
merito referre queat? Nam cœnobi[illegible]
illud inter hæreticos positum, in flam[illegible]
cineresque redactum, ille in integrum [illegible]
stituit, durumque cum hæreticis bell[illegible]
suscipiens multa ab illis horrenda est p[illegible]
pessus. Cuius equidem rei testis in prim[illegible]
est Vitus Dulckenius, Moguntinæ i[illegible]
tempestate Cartusiæ Prior, qui res gest[illegible]
Patrum nostrorum f Anglorum Vene[illegible]
rando huic Patri Loeherio dedicans, it[illegible]
eum alloquitur: *Non defuit animus tuu[illegible] Martyrio, sed potius animo tuo Martyrium defuit, qui pro Christi charitate, ac nostra religionis zelo, innumerabiles in hunc vsque diem peregrinationes, labores, molestias, & vitæ discrimina sustinuisti, dum primum Hildesimensi Cartusia excedere iussus, ac mox à Reuerendo totius Ordinis Patre & Capitulo Generali commissione legitimâ accepta, nullum diem intermisisti, nullamqúe tibi requiem concessisti, quin in diuersis Cartusijs, ab apostasis passim oblata repeteres, dirupta reparares, deprauata reformares, omniaqúe tandem in pristinam & Catholicam Orthodoxorum Patrum integritatem reuocares. Qua in palæstra, dum fœliciter cœlesti adspirante fauore lustraris, quantam odij molem, quantamqúe huius mundi Magnatum & Potentum inuidiam sustinueris, hac præsertim turbulentissi-*

Prodierunt Moguntinæ apud S. Victorem anno 1550.

tissi-

tißima tempeſtate, facilè eſt cuiuis non imprudenti per ſe æſtimare. Quin immò nouit hoc, ac libens etiam agnoſcit non ſolùm noſtra hæc Rhenana Prouincia, ſed & ipſa Franconia, & præcipuè Buxiana Cartuſia: quæ cùm in Sueuia haud procul ab imperiali vrbe Memmingenſi, inter medias hæreticorum turbas poſita ſit, inſigni huius Patris induſtriæ ac peruigili ſtudio (præfuit namque ſumma cum auctoritate annis aliquot iſti loco, imò & toti Prouinciæ) etiamnum hoc tempore ſuam adſcribit incolumitatem ſoſpitatemque.

FERTVR verò in quodam magni momenti negotio inuictiſſimo, iuxta ac prudentiſſimo Imperatori Carolo V. à quo mirum in modum amabatur, ac ſuſpiciebatur, ſuam egregiè nauaſſe operam, tantamque apud ipſum hoc nomine gratiam iniјſſe, vt amicitiæ conteſtandæ cauſa, propria eum Hiſpanica induerit toga. Itaque plurimum huic Viro debent pij & Catholici omnes: vti qui vnus plura præſtiterit, quàm multi ſimul facere valuiſſent. De quo ita ſuo in Apparatu Poſſeuinus. THEODORICVS *Loër à Stratis, Germanus, Colonieñſis Cartuſ. Propræfectus, præter liminares epiſtolas, quas & permultas, & Chriſtiano zelo refertas* B. DIONYSII *Cartuſiani monumentis præfixit, egregium librum*

de g

g Prodijt hoc opusculum Coloniæ, anno 1532.

de g *miraculis, quæ in Sacrosancta Eucha stia* (Bruxellæ) *acciderunt, contexuit*. Qu & vitam DIONYSII Cartusiani acc ratè conscripsit, impressam apud Gasp rem Gennepæum anno 1532. Tande verò post innumeros labores, fatigati nes, profectionesque, cùm esset in itin re, morbo correptus, è carnis ergastul ad cœlestem patriam commigrauit, hu matus nimirum in celeberrimæ Herbi polensis Cartusiæ Odeo, anno scilice Domini 1554. iuxta tumulum fundatoris. Cuius sepulchrũ iure merito huiuscemodi aut consimili esset condecorandum Epitaphio:

Nobile Cartusij Dionysius Ordinis olim,
Et decus & splendor, nil nisi sacra crepat.
Hæc Loer excipiens Theodoricus omnia, tandẽ
Præstitit vt volitent docta per ora virum.
Quem leuis hîc tellus retinet, sed spiritus astra
Scandit, vbi æthereæ pace potitur ouans.

THEODORVS PETREIVS, Cartusianorum minimus, & cæt. vide in fine huius BIBLIOTHECAE.

Præest etiã num Cartus. Diestensi hoc anno M.DC. IX.

THEODORVS STVMPVVICKIVS natione Hollãdus, patria Harlemius, dum in Brugẽsi degeret Cartusia, sibi ipsi *Schema* quoddam cõcinnauit, in quo pro maiori virtutis profectu, insignes aliquot monasticæ religionis prærogatiuas, ordine Al-

ne Alphabetico diſpoſuit. Quibus ex aduerſo, quàm perfidus, fallax, ac vanus ſit mundus (contraria quippe iuxta ſe poſita magis eluceſcunt) quaſi ex diametro oppoſuit. In quo ſi quis nimias monaſticæ religionis cõmendationes contineri exiſtimet, is mihi conſideret, quibus laudum præconijs B. Hieronymus, Bernardus, D. Thomas, Bonauentura, alijque SS. Eccleſiæ Patres hoc angelicum vitæ genus extollant. Maximè verò inſpiciat Doctoris Alani de Rupe XXX. *prærogatiuas*. Quid? quod auctor ipſe libens agnoſcat, ſe hæc pro maiori parte ex *Speculo morali* IOANNIS VITALIS, S. R. E. doctiſſimi Cardinalis decerpſiſſe, auctore nimirum graui: quò vel ſic nouellos Chriſti tyrannos ad diuini numinis cultum, rerumque mundanarum faſtidium poſſet inducere: quod in illorum idcirco gratiam libentes hîc adiecimus.

Mun-

Mundus est.

1. Confusus ordo.
2. Terra infœlix.
3. Pratum senticosum.
4. Lacus contagij.
5. Dulce venenum.
6. Nugæ feriæ.
7. Habitatio ferarum.
8. Area laborum.
9. Fastuosa miseria.
10. Pœnitentiæ stimulus.
11. Segnis curiositas.

1. Irrisa simplicitas.

1. Simulata virtus.
2. Miseranda fœlicitas.
3. Bellum implacabile.
4. Egens inopia.
5. Babylon confusa.
6. Latens præcipitium.
7. Cæcorum regio.
8. Labyrinthus errorum.
9. Infausta cæcuritas.
10. Concors discordia.
11. Contentionum strepitus.

1. Desertum horribile.

2. Pu-

Digitized by Google

Religio est.

A.

1. Acies ordinata. *Cant.6.3.*
2. Ager segetum.
3. Ager, cui benedixit Dominus. *Deut. 28.*
4. Alterum baptisma. *Bernard.*
5. Arbor sycomorus. *Luc 19.4.*
6. Arca Dei. *1 Reg.3.3.*
7. Arca Noë. *Gen.c.6 14.*
8. Area purgationis. *Iudic.6.11.*
9. Areola aromatum. *Cant 5. 13.*
10. Armatura fortium. *Cant.4.4.*
11. Aureum thuribulum. *Hebr.9.4.*

B.

1. Balneum animarum. *B.Bernard.*

C.

1. Caminus humiliationis. *Idem.*
2. Castellum contra mundum. *Matth.21.2.*
3. Castra filiorum Israel.
4. Cella pigmentaria. *Esai.39.2.*
5. Ciuitas Dei. *P[illegible]*
6. Ciuitas in monte posita. *M[illegible]*
7. Ciuitas refugij. *De[illegible]*
8. Ciuitas vallata.
9. Cœnaculum Helisæi. 4.*I*[illegible]
10. Conciliabulũ Dei & hominum.
11. Currus Israel. 4 R[illegible]

D.

1. Desertum Israel.

Dimi-

Mundus est.

2. Puteus odiorum.
3. Spirans mors.
4. Regnum dœmonum.
5. Domicilium Belial.

1. Ignominiosa deiectio.

1. Inane suspirium.
2. Fons curarum.
3. Fugarum forma.
4. Caminus cupiditatum.
5. Abditum rete.

1. Futilis excellentia.

1. Honoratum dedecus.
2. Labor inefficax.
3. Tecta fouea.
4. Lacus inexplebilis.
5. Mordax sapientia.
6. Limosa palus.
7. Ridiculus ambitus.

1. Via colubri.
2. Amara dulcedo.
3. Baculus arundineus.

1. Ignominiosus proditor.
2. Silens lima.

3. Locus

Religio est.

2. Dimicantium Palæſtra. *Bonauent.*
3. Domini prælium.
4. Domus Dei. *Pſal. 25. 8.*
5. Domus ſapientis.

E.

1. Exercitium diſciplinæ.

F.

1. Fluuius orationum.
2. Fons ſignatus. *Cant. 4. 12.*
3. Fomes virtutum.
4. Fornax Spiritus ſancti. *Bernard.*
5. Fuga mundi.

G.

1. Gloria Chriſti.

H.

1. Holocauſtum medullatum. *Pſal. 65. 15.*
2. Hortus aromatum. *Cant. 4. 16.*
3. Hortus Aſſueri. *Eſther. 7. 7.*
4. Hortus concluſus. *Cant. 4. 12.*
5. Hortus delitiarum.
6. Hortus irriguus. *Num. 24. 6.*
7. Hortus plantationum Domini. *Eſai. 61. 3.*

I.

1. Iter rectum.
2. Iugum Chriſti ſuaue. *Matt. 10. 30.*
3. Iuniperus Heliæ. *3. Reg. 19. 4.*

L.

1. Lauacrum tonſarum. *Cant. 4. 2.*
2. Lima correctionis.

Digitized by Google

Mundus est.

3. Aridum fastidium.

1. Falsa lætitia.
2. Saccus pertusus.
3. Pax inuidia.
4. Ima elatio.
5. Fœdus carcer.
6. Grata phrenesis.
7. AEgra sanitas.

1. Exarmata nauis.

1. Officina scelerum.
2. Scabra lenitas.

1. Palæstra discriminum.
2. Statua Nabuchodonosor.
3. Breue diuersorium.
4. Viuentium infernus.
5. Fluctus impetuosus.

1. Tumultuosa confusio.

1. Turbulenta trepidatio.

1. Callis inexplicabilis.
2. Honor inglorius.
3. Inescatus hamus.
4. Verus dolor.

5. Pro-

Digitized by Google

Religio est.

3. Locus pascuæ. *Psal.22.2.*

M.

1. Mansio solitudinis.
2. Margarita pretiosa. *Matt.13.46.*
3. Ministerium Christi.
4. Mons Abarim. *Num.17.12.*
5. Mons & via Sion. *Psal.2.6.*
6. Mons Thabor. *Psal.88.13.*
7. Mors,& morsus mundi.

N.

1. Nauis institoris. *Prou.31.14.*

O.

1. Officina virtutum. *Bernard.*
2. Onus Domini leue. *Matt.10.30.*

P.

1. Paradisus voluptatis. *Genes.2.8.*
2. Petra refugij. *Psal.103.18.*
3. Piscina in Hesebor. *Cant.7.11.*
4. Porta cœli. *Gene.28.17.*
5. Probatica piscina. *Ioan.5.2.*

Q.

1. Quadriga Domini. *Ierem.47.3.*

R.

1. Requies sanctificata. *Eccl.24.12.*

S.

1. Sabbathum Domini. *Esai.66.23.*
2. Sanctuarium Dei. *Psal.72.17.*
3. Sagena missa in mare. *Matt.13.47.*
4. Sal terræ. *Matth.5.13.*

Mundus est.

5. Prolixa breuitas.
6. Luciferi principatus.
7. Pomposa vanitas.
8. Insomnis inertia.
9. Ignota nobilitas.
10. Contempta fides.
11. Sepulchrum dealbatum.
12. Vana spes.

1. Quies anxia.
2. Caminus irarum.
3. Apparendi studium.
4. Procellosum pelagus.
5. Locus exilij.
6. Laqueus diaboli.
7. Præruptus mons.
8. Putre ædificium.
9. Longum funus.
10. Famelica nausea.
11. Ventosa prosperitas.
12. Turris Babel.

1. Diues inopia.
2. Vepricosum nemus.
3. Velata ignorantia.
4. Stulta sapientia.
5. Procellosus portus.
6. Mœstum gaudium.
7. Voluptas speciosa.

Digitized by Google

Religio est.

5. Scala Iacob. *Gene.28. 12.*
6. Schola Christi. *Bernard.*
7. Solium eleuatum. *Esai.6. 1.*
8. Solitudo Ioannis in deserto. *Ioan.1.*
9. Solitudo Sion.
10. Sors Domini. *Coloss.1. 12.*
11. Spelunca Prophetarum. *3.Re.18. 4.*
12. Stadium currentium.

T.

1. Tabernaculum fœderis. *Exod.31.7.*
2. Tabernaculum Iacob. *Psal.86. 2.*
3. Templum Salomonis. *3.Reg. 6.*
4. Tentorium Israel. *Gen.31.25.*
5. Terra Orientalis.
6. Terra paupertatis.
7. Terra sancta. *Exod.3. 5.*
8. Terrestre cœlum.
9. Thalamus nuptialis.
10. Thesaurus absconditus. *Matth.13. 4.*
11. Tunica Christi.
12. Turris Dauid. *Cant.4 4.*

V.

1. Vallis benedictionis. *Psal.64.14.*
2. Vallis nemorosa. *Num.24. 6.*
3. Via aurea & regia.
4. Via immaculata. *Psal.118.1.*
5. Victoria mundi.
6. Vigiliæ solemnitatis perpetuæ.
7. Vinea dilecti.

Digitized by Google

Mundus est.	*Religio est.*
8. Verus hypocrita.	8. Viridariũ perpetuũ.
9. Perditio animarũ.	9. Zelus animarum.
Si quis diligit mundũ, nõ est charitas Patris in eo. 1. Ioan. 2. 15.	*Religiositas custodiet, & iustificabit cor.* Eccl. 1. 18.

Isthæc mundi, & veræ religionis opposita DESCRIPTIO, dignissima est, quæ prælo commissa, omnibus communicetur.

Ita censeo ego GHISBERTVS COEVERINX, *designatus Episc. Dauentriensis, & librorum Censor, anno 1608.*

Concessit naturæ an. M. D. XXIX.

THOMAS SPENSERVS, Anglus, scripsit Commentarium *in Epistol. D. Pauli ad Galatas.* Migrauit autem ex hac vita anno M. D. XXIX. *Posseuinus.*

TITINNABVLVM. Valerius Gallus, maioris Cartusię professus, nonnulla conscripsit volumina, titulo TINTINNABVLORVM. vnde vide in verbo VALERIVS.

Floruit anno 1320. vt ait Trithe. verum Sutor ponit annum 1270.

TRVSIANVS (quem nescio cur Trithemius Crusianum nominet) Florentinus natione, Thadæi medici auditor quondam ac discipulus præ cæteris doctissimus fuit. Qui quantum Magister in acquirendis rerum mundanarum opibus studij posuit (cùm etenim à Principum aliquo

aliquo accerſiretur, non minus quàm quinquaginta aureos pro diurna popoſciſſe mercede, author eſt *a* Trithemius. Quin imò, ab Honorio Papa IV. aliquãdo euocatus, non prius adire eum voluit, quàm centeni aurei in dies ſingulos adſignarentur) tantum hic de propria lucranda ſalute laboris ſudoriſque impendit. Vnde AEſculapio ac Galeno, cæteriſque id genus Medicorum Principibus Chriſto poſthabitis, Diui BRVNONIS ſcholæ eſt initiatus. Scripſerat autem ante Ordinis ingreſſum nonnulla ad corporum medelam pertinentia. E quibus extat Commentum in regimen Galeni (*technen* ipſi nominant) tanta ingenij fœlicitate, vt magis author quàm Commentator à Medicis nuncupetur. Dicitur verò etiam in Ordine (vti ſentit *b* Sutorius) *ſpirituali nonnulla edidiſſe opuſcula:* qui ait illum floruiſſe apud Cartuſianos circa annum Domini ſeptuageſimum poſt milleſimum ducenteſimum, cùm Trithemius adſignet milleſimum trecenteſimũ. Quorum neuter tamen, qua nam in Cartuſia vixerit, ediſſerit.

a *Libr. de Scriptor. Eccleſ. in nomine* Thadæus.

b *Libr. 2. vitæ Cartuſ. tract. 3. cap. 7. pag. 562.*

TVNDALVS, natione Hybernus, patria Caſſellenſis, quem Poſſeuinus noſtræ familiæ hominem facit, ſcripſit librum *Apparitionum ſuarũ*. De quo quid ſentien-

Viuebat anna M. C. XLVIII.

dum, malim à viris iudicio ac eruditione præstantibus expiscari, quam meam sententiam temerè interponere. Vixit, vt inquit, Eisengreinius, anno quadragesimo octauo suprà millesimum centesimum. Verum in qua Cartusia professione se Deo obstrinxerit, ignorare me fateor.

V.

Claruit Ferdinando I. Cæsare.

VALERIVS GALLVS, Primariæ Cartusiæ (quæ in Delphinatu sita) cœnobites, plura volumina *tintinnabulorũ* titulo cõscripsit: in quibus & de Christiana pietate differit, & Orthodoxam fidem aduersus hæreticos, scitè propugnat. Extãt, vti Possevinus auctor mihi est, in eiusdem Cartusiæ Bibliotheca manuscripta. Vixit sub Ferdinando I. Imperatore.

Vixit in Frãconia anno M.CCCC. LXXX.

VLRICVS HERBIPOLENSIS, professus Horti Angelorum propè VVirceburgum, sacræ paginæ Licentiatus, non solùm diuinarum, verum etiam humanarum literarum egregiè gnarus, prudentia excellens, ingenio acer, plurima tum oratione soluta, tum carmine lepidè, eleganter, & decore cõposuit. Non etenim arbitratus est (imperitorum quorundam errore) Carmen vel Theologo, vel religioso viro indignũ, sed è diuerso munus Dei esse, quo viros prẹstãtissimos iuxta ac sanctissimos aliquãdo vsos fuisse constet.

Scri-

Scripsit autem inter cætera (inquit Sutor) *elegantem Epistolam* ad Carmelitas Herbipolenses, in qua eos hortatur ad consectāda Heliæ atque Helisæi, maiorum suorū vestigia. Dedicauit & eisdem *opusculum insigni carmine conscriptum, de sanctis fundatoribus, processu, titulo, ac confirmationibus eiusdem Carmelitani instituti*. Ex quibus quantum ingenio ac eruditione valuerit, liquidò potest agnosci. Porrò quando in viuis fuerit, nec Sutorius, nec Dorlandus prodidit. Simlerus tamen adsignat annum M. CCCC. LXXX.

Obijt in Cart. Colon. an. 1502.

VVERNERVS LAERIVS, cognomento Roeleuinck/ex diœcesi Monasteriensi oriūdus, vir in diuinis scripturis studiosissimus fuit, nec non & vitæ sanctimonia insignis; quem Trithemius adserit se in Coloniensi Cartusia inuisisse, eiusque lucubrationes aliquot perlustrasse. Quarum hæc præcipua sunt.

1. *Fasciculus temporum.*
2. *Vita S. Pauli Apostoli.*
3. *Expositio in omnes Diui Pauli epistolas, quas manuscriptas penes nos habemus aliquot voluminibus ab ipso auctore exaratas.*
4. *Similiter & epistolas omnes Canonicas.*
5. *In Thobiam.*
6. *Quæstiones duodecim pro S. Theologiæ studiosis*

VVILHELMVS, vide supra in litera G. GVILIELMVS.

ZACHARIAS BENEDICTVS, natione Italus, patria Vicentinus, contempto Abbatiali pedo ac mitra, Cartusiam Diui Andreæ in littore, propè Venetias, suapte sponte est ingressus; illicque tam vitæ exemplo, quàm scribẽdi studio, alios ad Diuini numinis cultum prouocauit. Et quia præcipuus erat Diui BRVNONIS amator, hinc *versu heroico eius vitam, ac res præclarè gestas, doctè non minus, quàm eleganter est prosecutus*. Reperitur autem hæc ipsius lucubratio ad calcem operum D. BRVNONIS, antiquæ Pariensis editionis, prælo Ascensiano.

Vixit in Cartusia Veneta, an. M. D. VIII.

ZACHARIAS LIPPELOVS, Antvverpiensis, ante ordinis ingressum I. V. Baccalaureus, Christo Coloniæ dare nomen cœpit anno M. D. LXXXVII. Qui cùm fœlicis esset ingenij, atque elegantioris stili nitore polleret, prolixiores illos LAVRENTII SVRII Sanctorum Tomos, in compendium redegit. Quod deinde reuidere, atque historijs aliquot augere seriò dum moliretur, continuis exhaustus studijs, in phtisin incidit, quæ paulatim ita confecit hominem, vt licet florenti esset ætate, ac corpore benè compacto, fato tamen ante tem-

Obijt in Cartus. Coloniẽs. an. M. D. XCIX. die 20. Nou.

Digitized by Google

tempus concesserit: inambulando namque, ac scribẽdo propemodum occubuit, anno à Christo nato M. D. XCIX. xx. Nouembris, ætatis plus minus XXXIII. Cuius equidem de vitis Sanctorum Epitomen, D. CORNELIVS GRASIVS aliquantò post reuidit, plurimarumque vitarum accessione locupletauit. Quẽ quidem ita suspicimus, tanquam insignem Coloniensis Cartusiæ benefactorem. Cuius bibliothecam non solum præstantissimorum aliquot auctorum voluminibus exornauit, verum etiam ipso Diui LAVRENTII festo, quando solemni professionis voto DEO se consecrauit, perpetuam nominis sui memoriam præsentibus quidem charam, posteris verò imitandam, ibidem reliquit: addita etiam insigni atq; artificiosa tabula, eiusdem sanctissimi Martyris historiam ad viuum repræsentante; cui, numerale hoc Distichon aureis inscriptum literis.

Professionẽ edidit an. M. D. XCII. ipso D. Laurentij festo.

CoCtVs erat saVo DIVVs LaVrentIVs IgnI,
CorneLII qVanDo Gras pIetate LoCor.

Viuit etiam Cartusianorum Coloniæ an. M. DC. VIII.

THEODORVS PETREIVS Cartusianorum minimus, atque ideo nouissimo loco iure merito collocatus, Campis Trãsisulaniæ vrbe honestis ac probè catholicis prognatus parentibus, postquã Svvollæ, Dauentriæ, alijsque in scholis triuialibus

bus humanioribus literis, doctiſſimis vſus præceptoribus mediocrem nauaſſet operam, tandemque ob vberiorem ingenij capeſſendum cultum Coloniam Vbiorũ anno Domini 1584. à parentibus relegatus eſſet, poſt emenſum ibidem Philoſophici ſtudij decurſum, ac Licentiæ gradum, CARTVSIANORVM, quorum tunc illic percelebris apud omnes erat nominis fama, ſeſe inſtituto, annum agens duodeuigeſimum, addixit. Sciens nimirum bonũ eſſe homini *a* portare diuinę ſeruitutis iugum ab adoleſcentia ſua, dum flos eſt integer æui, dum tempus annique ſinunt. Porrò deploratum conſiderans patriæ ſuę ſtatum, illorumque omnium ex animo compatiens, qui ſiue ex ignorantia, ſiue ex peruerſa hæreticorum Prædicantium inſtructione, ab Orthodoxæ fidei ſinceritate defecêre, cœpit ad hoc pro viribus incumbere, ſi qua ratione eos ad priſtinæ religionis gremium poſtliminio poſſet reuocare. Probando nimirum ex perueſtuſtis ſanctiſſimorum PATRVM monumentis, non eſſe aliam ſalutis conſequendæ viam, quam eandem illam, quæ etiamnum in ſancta Apoſtolica ac Catholica ROMANA viget Eccleſia: vtpote à CHRISTO Saluatore noſtro tradita, ab Apoſtolis prædicata, à centenis denique aliquot incul-

a. Thren. 3. v. 27.

Digitized by Google

inculpatæ vitæ PATRIBVS confirmata. Quorum si doctrinam spectemus, videbimus eos fuisse eruditissimos; si vitæ innocentiam, sanctissimos; si ingenij acumen, perspicacissimos; si pietatem denique, religiosissimos sincerissimosque. Illorum itaque doctissima peruolutans literarum monumenta, atque in primis Beati GREGORII, re ac nomine MAGNI scripta in succum sanguinemque conuertens, GREGORIANAM concinnauit CONFESSIONEM. In qua quidnam de Orthodoxæ fidei dogmatibus, in quibus Catholici ab hæreticis dissentiũt, ante annos plus mille senserit hic tam insignis Apostolicæ Ecclesiæ Doctor, ad oculum demonstratur. Quæ quidem prodijt Colõ. apud *Arnoldũ Quentelium*, an. 1597. in forma octaui.

Primo omniũ Gregoriana prodijt Confeßio. I.

II. *Deinde Cypriani ac Tertulliani.*

Subsecuta est deinde *Confeßio Cypriani ac Tertulliani, Parisijs apud Sebastianum Niuellium*, cum approbatione sex Doctorum istius loci Theologorum, anno nimirum Domini. 1603.

III. *Tertio B. Leonis.*

Accessit verò paulò post, B. LEONIS MAGNI, quam *Arnoldus Mylius anno 1604. Coloniæ impreßit.*

IV. *Confeßio Bernardina.*

Hanc autem BERNARDINA subsecuta est, quam *Coloniæ* itidem apud Antoniũ Hierat typis mãdari an. Dom. M.DC.VI. cura-

curauit; vnâ cum *epistola Paranetica* MARTINI LAVDVNENSIS, ex meris sacræ scripturæ sententijs miro artificio cõcinnata. Cui ad calcem accessit CATALOGVS *omnium per orbem Cartusiarum.*

V. *Demõstratio fidei Catholicæ.*

INDE verò animum calamumq; ad aliud studiorum genus transferens, cœpit rogatu Auctoris è belgico idiomate latinè interpretari *compendiosam Orthodoxæ fidei* CONFESSIONEM, Reuerẽ. Patris FRANCISCI COSTERI, S. Theologiæ Doctoris perquã eximij: cuius & *Conciones* pro magna parte idẽ iste PETREIVS latinitate donauit. Porrò præfatam hanc DEMONSTRATIONEM dedicauit Reu. & Illust. NVNTIO APOSTOLICO, Domino ATTILIO AMALTHEO Męcenati suo integerrimo; viro nimirũ, in quo summa morũ humanitas singulari cũ grauitate, atque eximia in DEVM pietate mirificè relucet. Estque apud Vbios impressa anno M.DC.VII. *sumptibus Hermanni Mylij.*

Conciones Costeri.

VI. *Petri Dorlãdi Cartusiense Chronicon.*

Quam deinde immediatè subsecutus est PETRVS DORLANDVS: cuius CARTVSIENSE CHRONICON, NOTARVM *quarũdã adiectione illustratũ*, primus omniũ in lucẽ eruit, ac typis promulgauit, sumptibus nimirũ Petri Cholini, Agrippinensis typographi; idq; anno Dom. M.DC.VIII.

SIMILITER & BIBLIOTHECAM hãc

CAR-

Digitized by Google

Bibliotheca Cartusiana.

CARTVSIANAM, amicorum quorundam rogatu paucorum dierum ſpatio in carthas properiter coniecit.

VIII. *Varia Poëmatia.*

QVIN & *complura* diuerſis temporibus conſcripſit *Poematia*, veluti *hiſtoriam* IONAE *verſu heroico*, præfixam commentarijs Reuerendi Patris Franciſci Feu-ardentij, in eundem Prophetam: cuius aduerſus Caluini errores *Dialogis*; carmen quoque in deteſtationem hæreſeos adiũxit: cuius initium eſt;

Gallia nulla tulit deformia monſtra, nec vllos
Saltantes peperit Satyros, rabidasq́; Chymæras. &c.

Atque id genus alia in gratiam amicorum ſubinde luſit, licet ſæpius ſuo ſuppreſſo nomine.

IX. *Harmonica 4. Eccleſiæ Doctorum Confeßio.*

INSVPER abſoluit HARMONICAM *quatuor Occidentalis Eccleſiæ Doctorũ* CONFESSIONEM: qua & Auguſtana, & VVittenbergica, item Smalcaldica, & Mansfeldica, atque alia denique huius æui pſeudoeuangelicorum Cofeſſionum monſtra, veluti Herculeo quodam clauo profligantur. Quod quidem opus quandoquidem grandiuſculum eſt; ac magnorum ſumptuum (vtpote in forma folij) hinc tã diu penes ſe illud adſeruat, quoadusque idoneum nanciſcatur typographum, qui sũptibus tolerandis ſit par.

QVIN

X. *Quinq; libri Syluæ Anachoreticæ.*

QVIN imo, pro maiori etiam parte ad calcem perduxit *libros quinque* SYLVAE ANACHORETICAE, vitas nimirum illorum heremitarum continentes, quos Raphael ac Ioãnes *Sadelerij*, germani fratres, æui huius præstantissimi sculptores, artificiosissimis laminis æneis expresserunt. Adeo vt ad imitationem VERIDICI CHRISTIANI, à Reuerend. Patre *Ioanne Dauid* elaborati, in non exiguam Lectoris iucunditatem, ipsorumq; Typographorum vtilitatem ac emolumentum queant imprimi. Cætera verò quæ idem auctor etiamnum molitur, affecta potius quàm confecta sunt. Quæ tamen temporis successu bono cum Deo in lucem paulatim proferre conabitur. Viuebat enim adhuc anno seculi huius IX. cùm hæc nimirum typis mandarentur: ætate quidem quadragenarius, valetudine verò non imbecilli, conuersatione autem peccator. Vnde diuinum sibi optat numen propitium, CVI SOLI HONOR ET GLORIA.

Finis Bibliothecæ Cartusianæ.

Digitized by Google

NOMINA PRAECIPVORVM aliquot Episcoporum, aliorumque Præsulum, Comitum ac Magnatum, quos Ordo Cartusiensis habuit.

B. Brvno, Patriarcha Ordinis, cùm esset summus rerum mundanarum contemptor, ac honorum fugitãs, recusauit oblatum sibi ab Vrbano II. amplissimũ Rheginensis Ecclesiæ Archiepiscopatũ: multò futurus gloriosior in cœlis, quò hic in terris studebat esse demissior.

Alij volunt fuisse Rhemens.

PONTIFICES.

CRedo equidem singulari quadam diuini numinis benignitate accidisse, vt Cartusianæ familiæ nullus omninò, ad tã graue ac periculosum vniuersalis Ecclesię munus sit cooptatus: licet à diuersis aliquãdo id attentatum sit. Mortuo namque Clemente VI. maior Cardinaliũ pars Ioannem Birellivm, XXII. Ordinis Generalem, ad Pontificatum prouehere enixè cupiebat, verũ ille modis omnibus recusare. Similiter etiam Gvilielmvs Reinaldi XXIV. Generalis, in electione conclauis vndecim habuit purpuratorum Patrum suffragia.

P. Ioannes Birellius Papatum recusauit.

Dorlandus lib. 4. chron. cap. 22. Item Guilielmus Reinaldi.

Franciscvs de Puteo XXXIII. Ordinis

Franciscus de Puteo.

dinis Generalis dicitur in Concilio Basileensi decem habuisse suffragia ad Pontificatum.

CARDINALES.

ETsi præfati quidem Patres tàm Cardinalatũ quã Pontificatũ summa animi cõtentione euadere sint conati, qui tamẽ sequũtur, nullo modo id efficere potuêre.

Nicolaus Albergatius Cardinalis.

NICOLAVS namque ALBERGATIVS, Bononiensis Cartusiæ professus, cùm esset suspiciendæ pietatis, atque eximiæ prudẽtiæ vir, à MARTINO V. in purpuratorum Patrum cœtum vel inuitus est adscitus; fuitque Presbyter Cardinalis S. Crucis in Hierusalem. Obijt verò Senis, septimo Idus Maij, anno Domini M.CCCC.XLIII. Pontificatus EVGENII decimo tertio.

Blasius Cardinalis.

Alter fuit BLASIVS Cardinalis, Prior nimirũ domus *porta B. Mariæ*, qui naturæ cõcessit anno virginei partus M.D.XLIX.

Sunt quoque oculati, ac fide digni testes, qui adfirmant post obitum PII V. in ipsius conclaui chartam quandam repertam, cõtinentem nomina doctissimorum quorũdam virorum, quos (si diutius superuixisset) in Cardinalium collegium, cooptare voluisset. E quorum numero comprimis fuêre P. LAVRENTIVS SVRIVS, & PETRVS CANISIVS.

PATRIARCHAE.

Anthonius Surianus obijt M. D. IX.

ANTHONIVS SVRIANVS, Venetiarum Patriarcha, ac Primas Dalmatiæ, naturæ concessit an. M. D. IX. De quo copiosius in NOTIS ad Dorlandum. pag. 105.

EPISCOPI.

In chronico Dorlandi.

VIxère in sacro Cartus. Ordine Episc. HVGONES ad minus tres: quorũ primus fuit Gratianopolitanus Antistes, alter Viennensis, tertius Lincolniẽsis. De quorum eximia vitæ sanctimonia alibi à nobis est dictum.

Anthelmus.

ANTHELMVS, Episcopus Bellicensis. De quo Surius Tom. 3. die 26. Iunij.

Stephanus Diensis.

STEPHANVS, Prior Portarũ, Episcopus Diẽsis. De quo idem Surius 7. Septẽb.

Bernardus Prior Portarum.

BERNARDVS itidem, Portarum Prior, qui D. Bernardo Abbate Clarẽuallensi instigante, ab INNOCENTIO II. putatur eiusdem Diensis Ecclesiæ fuisse Antistes. Quemadmodum nos latius in NOTIS ad chronicon Dorlandi pag. 71.

Odolricus Episcopus Diensis.

ODOLRICVS Episcopus Diensis, legitur à B. Hugone Gratianopolitano habitum Ordinis suscepisse, illiusque obitui interfuisse, vti constat ex vita ipsius Tom. 2. Surij die 1. Aprilis. §. penultimo.

Ionnes Ingelbus, Epi-

IOANNES INGELBVS, Episcop. Laudauensis, Prior domus *Schenæ*, & Visitator Pro-

Prouinciæ Anglicanę, obijt an. M.CCCC. XCIX. die vii. Septembris.

scopus Lau- cauensis.

GOSVVINVS N. professus Cartusiæ Diestensis, ac postmodũ Episcopus Schalotensis, de quo in hac *Bibliotheca* nostra *Cartusiana*.

Gosvvinus, Episcopus Schalotensis.

RAIMVNDVS de Commercio, professus domus Glanderij, fuit an. Dñi M.DC. VI. electus in Episcopum Tarlacensem.

Raimundus, Episcopus Tarlacensis.

FRANCISCVS de SIMIANA, Episcopus Aptensis, professione Cartusianus, obijt anno M.D.LXXIV.

Franciscus de Simiana.

FRANCISCVS de CASA NOVA, Epicopus Astẽsis, professus, & alias Prior Cartusiæ Auinionensis, *ac boni passus*, nec non & Visitator Prouinciæ, naturæ debitum persoluit, anno M.D.LXXXVIII.

Franciscus de Casanoua.

IOANNES BAPTISTA Ruinus, professus domus Papiæ, magnus Cõmendator S. Spiritus in Vrbe, & Prouinciæ Lõbardiæ remotioris Visitator, alias Prior Capri, Romæ, ac Neapolis, obijt anno M.D. LXXXVIII. die XXIV. Ianuar.

Ioannes Baptista, Ruinus.

GVILIELMVS CHRISOLNEVS, Dumblanensis in Scotia Episcopus, magno natu vir, vtpotè genere Baro, sub Scotiæ defectionẽ, Romam se conferens, atq; Episcopali dignitate se abdicans, impetrato à Summo Pontifice, qui eum ad altiora prouehere studebat, consensu, ad Maiorẽ

Guilielmus Dumblanensis Episcopus.

Digitized by Google

contendit Cartusiam: in qua Monachum professus, ad annos aliquot, quàm humillimè vixit, conferens subinde Ordines sacros suis fratribus. Postmodum verò Lugdunensi ac Romanæ Cartusiæ successiuè profectus, Generalis fuit Ordinis Procurator apud Sanctissimum Dominum Nostrum. Quin & Legatus quoq; ad Iacobũ Scotiæ Regem tunc, nunc verò Angliæ, missus; prudẽter rem gessit. Quippè quem ex sacro fonte olim susceperat. Obijt vero anno M.D.XCIII. XXVI. Sept.

Andreas Capella.

ANDREAS CAPELLA, Episc. Vrgellẽsis, ac Prior Scalæ Dei in Hispanijs, tàm scriptis clarus, quàm pietate illustris: viuit etiamnum hoc anno M. DC. VIII.

GVALTERVS Episcopus Herbipolensis, professus Cartus. Horti Angelorum.

Godefridus Ambianensis.

a Lib. 7. de signis Eccles. cap. 1. p. 485.

GODEFRIDVS AMBIANENSIS Episcopus, refertur à *a* Thoma Bozio inter Cartusianæ familię Antistites. Vixit namque aliquamdiu in Maiori Cartusia sub GVIGONE V. Ordinis Generali: vti cõstat ex Nicolao Monacho Suessionensi, qui eius res gestas ad longum prosecutus est, exstantque apud Surium Tom. 6. de probatis Sanctorum Historijs, die 8. Nouemb. Ibi namque id legitur libr. 3. cap. 8. 10. & 11.

Habuit & alios complures Episcopos Ordo

Cartu-

Digitized by Google

Cartusiensis, quorum nomina temporis iniuria hominumque incuria interiisse arbitramur.

ABBATES.

IOANNES RODE, primò Ecclesię Treuirensis Officialis, deinde ex Cartusiano Abbas S. Matthiæ apud Treuiros: de quo suo loco in *hac Bibliotheca* egimus. *Ioannes Roede.*

ZACHARIAS BENEDICTVS, professus Cartus. Venetæ, ante ordinis ingressũ fuit Abbas Benedictinę (ni fallor) familię, cuius etiam supra in litera Z. meminimus. *Zacharias Benedictus.*

IACOBVS de PARADISO, priusquam Cartusianorũ instituto nomen daret, Cistercienlis Ordinis Abbas extitit: Quem & suo loco inter celebres huiusce familiæ scriptores collocauimus. *Iacobus de Paradiso.*

IOANNES de DEDVCKEN, ex Cartusiano Coloniensi Abbas ibidem ad S. Panthaleonẽ (Benedictini incolunt) electus, quàm optimè de loco illo est meritus, obijtque anno M. CCCC. LXIV. *Ioannes de Deducken.*

GODEFRIDVS LECHNICH, itidem Cartusian9, præfato Ioanni in officio Abbatis ibidem successit, qui & naturæ concessit, anno M. CCCC. LXXXIII. *Godefridus Lechnich.*

COMITES.

ERASMVS de VVIRTEN, inter illustres Germaniæ Comites vere fuit illustis; quippè multò qui gloriosius suã illustra- *Erasmus de Wirten, Prior Colon.*

Digitized by Google

uit familiam, quod ex Primariæ ædis Coloniēsis Canonico pauperculus Cartusianus sit effectus, quàm si mundano inhærēs fastui, seculo diutius seruiuisset. Vixit verò in Cartusia Coloniensi partim in cella, partim in Prioratus officio annos circiter sex & viginti, obijtq; non sine insigni vitæ sanctimonia anno M.CCCC.LII.

Gerardus Comes Niuernensis.

GERARDVS Comes Niuernensis, ex eorum laicorum numero, quos *Conuersos* dicimus, summæ fuit humilitatis, vixitq; in Maiori Cartusia. De quo vide lib. 4. Chron. Dorlandi, cap. 14. p. 203.

Comes Austriæ.

COMES quidam Austriæ itidem factus est Conuersus in Slauonia, in domo quæ vulgò nuncupatur *Pletriach*.

Petrus Frecoldi.

PETRVS FRECOLDI, parens CLEMENTIS IV. Pontificis, venit ad Maiorem Cartusiam tempore IANCELLINI Prioris, nempè circa annum Domini M.C.LXX. atque ibidem laicalem habitum ab eodem suscepit.

Otto à Steinau.

OTTO à STEINAVV cognomento Steinrück/ primariæ nobilitatis vir, relicta coniuge ac liberis, diuino se famulatui in Cartusia pontis B. Mariæ in *Asbeim* addicens, quàm pientissimè illic ad annos aliquot laicus vixit, vitamque fœlicissimè finijt.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS CARTVSIANAE HVIVS BIBLIOTHECAE.

B. BRVNO *pag. 1.*

A.

ADamus N. pag. 1.
Adrianus N. 3
AEgydius Aurifaber. 4
AEgydius Gutmaior. 5
Albertus Arnhemius. 6
Alphabetarium. 7
Ambrosius Alentsenius. 7
Anagraphe. 7
Anonymi aliquot. 8
Andreas Capella. 8
Anthonius Dulckenius. 10
Anthonius Menna. 13
Anthonius Surianus. 13
Anthonius Volmarus. 14
Arnoldus Hauensius. 15

B.

Bartholomaeus Ruremundanus. pag. 18
Basilius. 20
Benedictus Osanna. 22
Bernard⁹ Claraualleñs. 23
Bernardus Portarum. 25
Bernardus Legnicēsis. 26
Bonifacius Ferrarius. 27
Boso. 28
B. Bruno. 29
Bruno Daffringues. 35
Bruno Loerius. 85

C.

Cartusia Coloniens. 40
Clauius Morellius. 44
Conradus Merhet. 45
Cornelius Grassius. 46
Cosmas Abecedarius. 48
Cosmas Festinus. 48
Crusianus. 49

D.

Dionysius Rickelius. 49
Dominicus Treuirēsis. 85

E.

Erasmus Friburgensis. 88
Erardus VVinheim. 89
Euerardus Diestensis. 89

F.

Florentius Batauus. 90

Digitized by Google

Florentius Leodicẽsis. 91
Franciscus Puteanus. 91
Franciscus Quolain. 95
Franciscus Talemani⁹. 96

G.

Gerardus N. 96
Gerardus Bredanus. 96
Gerardus Stael. 104
Gerardus Stredamius. 104
Gerardus Hamontanus. 97
Ghisbertus Blochouius. 105
Ghisbertus Bouhuissius. 105
Godefridus Tilmannus. 106
Gosvvinus de Becka. 108
Gosvvinus Diestensis. 108
Gregorius Reischius. 109
Gualtherus Hylthon. 112
Guido de Pinis. 113
Guido de Castro. 113
Guilielmus Abselius. 115
Guilielmus Bibaucius. 117.
Guilielmus Brantegem. 120.
Guilielm⁹ Hilacẽsis. 120
Guilielmus de Hyporegia.
Guilielmus Ludtlinchtõ.
Guilielmus Reinaldi. 122

H.

Hammanus de Rudisheim. 124
Henricus Arnoldi. 124
Hẽricus de Balthea. 126
Henricus Brunonis. 126
Henricus Coeckius. 126
Hẽricus Coesfeldius. 126
Henricus Dissenius. 127
Henricus Friso. 129
Henricus de Hassia. 130
Hẽricus Kalckariẽsis. 131
Hẽricus de Langenstein. 136
Henricus Loen. 135
Henricus N. 136
Henricus Eleri. 136
Henricus de Piro. 137
Henricus Prudens. 138
Henricus Reicher. 140
Henricus Vroede. 141
Hermannus Appeltoern. 141.
Hermannus Greefgen. 142
Hermannus Petra. 143

Hiero-

INDEX.

Hieronymus Brœnick. 143.
Hieronymus Lignanus. 144.
Hieronymus Madaliaga. 145..
Hortul⁹ Deuotionis. 145
Hortulus Delitiarũ. 145
Hubertin⁹ de Casali. 146
Hugo de Palma. 147

I.

Iacobus de Clusa. 148
Iacobus Gruytroede. 149
Iacobus Hieronymi. 150
Iacobus Iunterbuyck. 151
Iacobus Mauritius. 156
Iacobus Mosander. 156
Iacobus de Paradiso 157
Iacobus Volradi. 157
Ioannes Batmansonius. ibid.
Ioannes Billius. 158
Ioannes Birellius. 158
Ioannes Bruynsvvick. 159
Ionnes de Castro. 159
Ioannes à Deo. ibid.
Ioannes Diuitis. 161
Ioannes Egen. 162
Ioannes Hagen. 162
Ioannes Hamburch. 194
Ioannes Houchten. 194.
Ioannes Hullinus. 195
Ioannes de Indagine, alias Hagen. 162
Ioannes Institor. 195
Ioãnes Lanspergius. 195
Ioannes de Lapide. 207
Ioannes de Louanio. 209
Ioãnes Macocurtius. ib.
Ioãnes Meskirchius. 210
Ioannes Michael. 210
Ioannes Miricaus. 211
Ioannes N. 211
Ioannes Olney. ibid.
Ioannes Parceualensis. 212
Ioannes Picus. 212
Ioannes Roede. 213
Ioãnes Roede, alius. 214
Ioannes Ruisbroechius. 216
Ioannes Svveertius. 217
Ioannes Teneramundanus. 218
Ioannes Venetus. 219
Ioannes VVeidtman. 219
Iudocus Herolt. 219
Iudocus Hessus. 220

L.

Lãbertus Pascualis. 221

Lau-

Florentius Leodicẽsis. 91
Franciscus Puteanus. 91
Franciscus Quolain. 95
Franciscus Talemani⁹. 96

G.

Gerardus N. 96
Gerardus Bredanus. 96
Gerardus Stael. 104
Gerardus Stredamius. 104
Gerardus Hamontanus. 97
Ghisbertus Blochouius. 105
Ghisbertus Bouhuissius. 105
Godefridus Tilmannus. 106
Gosvvinus de Becka. 108
Gosvvinus Diestensis. 108
Gregorius Reischius. 109
Gualtherus Hylthon. 112
Guido de Pinis. 113
Guido de Castro. 113
Guilielmus Abselius. 115
Guilielmus Bibaucius. 117.
Guilielmus Brantegem. 120.
Guilielm⁹ Hilacẽsis. 120
Guilielmus de Hyporegia.
Guilielmus Ludtlinchtõ.
Guilielmus Reinaldi. 122

H.

Hammanus de Rudisheim. 124
Henricus Arnoldi. 124
Hẽricus de Balthea. 126
Henricus Brunonis. 126
Henricus Coeckius. 126
Hẽricus Coesfeldius. 126
Henricus Dissenius. 127
Henricus Friso. 129
Henricus de Hassia. 130
Hẽricus Kalckariẽsis. 131
Hẽricus de Langenstein. 136
Henricus Loen. 135
Henricus N. 136
Henricus Eleri. 136
Henricus de Piro. 137
Henricus Prudens. 138
Henricus Reicher. 140
Henricus Vroede. 141
Hermannus Appeltoern. 141.
Hermannus Greefgen. 142
Hermannus Petra. 143

Hiero-

Hieronymus Brœnick. 143.
Hieronymus Lignanus. 144.
Hieronymus Madaliaga. 145..
Hortul⁹ Deuotionis. 145
Hortulus Delitiarū. 145
Hubertin⁹ de Casali. 146
Hugo de Palma. 147

I.

Iacobus de Clusa. 148
Iacobus Gruytroede. 149
Iacobus Hieronymi. 150
Iacobus Iunterbuyck. 151
Iacobus Mauritius. 156
Iacobus Mosander. 156
Iacobus de Paradiso 157
Iacobus Volradi. 157
Ioannes Batmansonius. ibid.
Ioannes Billius. 158
Ioannes Birellius. 158
Ioannes Bruynsvvick. 159
Ionnes de Castro. 159
Ioannes à Deo. ibid.
Ioannes Diuitis. 161
Ioannes Egen. 162
Ioannes Hagen. 162
Ioannes Hamburch. 194
Ioannes Houchten. 194.
Ioannes Hullinus. 195
Ioannes de Indagine, alias Hagen. 162
Ioannes Institor. 195
Ioānes Lanspergius. 195
Ioannes de Lapide. 207
Ioannes de Louanio. 209
Ioānes Macocurtius. ib.
Ioānes Meskirchius. 210
Ioannes Michael. 210
Ioannes Miricaus. 211
Ioannes N. 211
Ioannes Olney. ibid.
Ioannes Parceualensis. 212
Ioannes Picus. 212
Ioannes Roede. 213
Ioānes Roede, alius. 214
Ioannes Ruisbroechius. 216
Ioannes Svveertius. 217
Ioannes Teneramundanus. 218
Ioannes Venetus. 219
Ioannes VVeidtman. 219
Iudocus Herolt. 219
Iudocus Hessus. 220

L.

Lābertus Pascualis. 221

Lau-

Laurentius Iustinianus. 222
Laurẽtius Muschele. 225
Laurentius Surius. 226
Liuinus Ammonius. 232
Ludolphus Saxo. 233
Ludovvic⁹ Goudaijs. 234
Ludovvicus de la Tour. 235

M.

Marcus Creutzer. 235
Marcus Fabri. 236
Marsilius Ingenius. 236
Martianus N. 237
Martinus de Lauduno. 238
Mauritius Chanca⁹. 240
Michael N. 246

N.

Nicolaus Albergatus. 246
Nicola⁹ Clamengius. 248
Nicola⁹ Geliminius. 249
Nicolaus Thuringus. 250

O.

Osvvaldus Anglus. 250
Osvvaldus de Corda. 250
Osvvinus de Becka. 251

P.

Petrus Blomenvenna. 251
Petrus Carbo. 251
Petrus Dorlandus. 252
Petrus Gryer. 257
Petrus Iuliacensis. 257
Petrus Leidensis. 256
Petrus Rufus. 266
Petrus Sutor. 268
Petrus de Vinea. 269
Philippus N. 269
Porchetus Saluatic⁹. 269

R.

Renatus Hensaus. 271
Rifferius. 272
Rochus Anglus. 261

S.

Sebastianus Petri. 261
Simon VVeisserus. 261
Stephanus Salazarius. 262
Stephanus Senensis. 263

T.

Theodorus Harlemius. 264
Theodorus Loerius. 277
Theodorus Petreius. 298
Theodorus Stumpvvickius. 284
Thomas Spenserus. 294
Trusianus. 294

Tun-

Digitized by Google

Tundalus. 295

V.

Valerius Gallus. 296
Vlricus Herbipolēsis. 296
VVernerus Laerius. 259
VVernerus N. 296
VVilhelmus, vide in litera G. Guilielmus.

Z.

Zacharias Benedictus. 297
Zacharias Lippelous. 296.
Theodorus Petreius, Cartusianorum minimus. 298.

NOMINA PRAECIPVOrum aliquot Episcoporum, præsulum, aliorumque magnatum quos Ordo CARTVSIENSIS *olim habuit. pag. 204.*

Lectori Beneuolo Salutem.

HI sunt præcipui beneuole Lector, CARTVSIANAE familiæ Scriptores, quos reperire potui. In quibus eruendis id inprimis operam dedi, ne quem sciens volensque præterirem; etsi nō ambigam, quin in Italia, Gallia, Hispania, atque alibi plures forsitan fuerint, atque etiamnum sint, quorum & scripta & nomina me fugiant. Qui si aliquando iudicati fuerint, in secunda BIBLIOTHECAE huius editione suis inserentur locis.

ERRATA SIC CORRIGENDA.

PAg.24.lin.7.vti.p.30.lin.penult.ſocijs.p.33.lin. penult.Brunonem.p.33.l.vlt.valuiſſe.p.39.l.18. nunquam.p.4[illegible].l.5.hunc.p.47.l.7.ex profeſſo. Ibid.l.17.agitans.p.49.l.5.liceat.p.59.l.16.vacabit.p. 72.l.25.cinis p 72.l.27.complexans.p.102.l.20. Orbe. p.106.l.penult.ſine. p.122.l.22.ſcientia. p.124.l.22. commemorat.p.131.l.2.theoricæ.p.134.l.21.peruigilio.p.135.l.22.profeſſionibus. p.157.l.16. illud. p.159. l.26.authoris.p.194.l.1.fictumne.p.194.l.13. procreatus.p.194.l.4.Indice. p.195.l.[illegible].crucem.p.198.l.23.ſalutis.p.200.l.13.queant.p.200.l.13. quod. p.214.l.19. Decanus.p.215.l.21.dictam.p.220.l.16.eruditos.p.230. l.5.conquirendis.p.236.l.18. initiatorem. p.237.l.14. vti.p.238.l.5. diuinarum.p.239.l.2. à fine illuſtratæ.p. 241.l.18 adimpleuerunt.p.242.l.1.notæ.p.243.l.2. cōgereret.p.243.l.11.ipſique.p.244.l.12.Tune p.247.l.9. exegiſſet.p.257.l.18.indigitant.p.260.l.pen.colla.262. l.9.perdere-p.269.l.15 ſciam.p.271.l.26.arrepto.p.261. l.7.tranſiuit.p.277.l.21.Primatem.p.280.l.1. Florentinæ.p.285 l.17.tyrones.p.290.l.5.inuidia.p.297.l.24.

Digitized by Google

Digitized by Google

ORIGINES CARTUSIANORUM MONASTERIORUM PER ORBEM UNIuersum.

AUBERTUS MIRAEUS,
Bruxell. Canonicus & Scholasticus
Antuerp. eruendo publicabat.

COLONIAE,
Apud Antonium Hieratum.
ANNO M. DC. IX.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. HERCVLI VVINCKELIO,

Bruxellenſi, eiuſdem Vrbis Cartuſiæ PRIORI *vigilantiſſimo, ac Teutonicæ Prouinciæ* VISITATORI *digniſſimo,*

DO DICO CONSECRO.

NON diu, nec ancipiti animo, deliberandũ mihi fuit, Vir REVERENDE, cui munuſculum hoc meum offerrem: tibi debebatur. Argumentum ſpecto? Tui inſtituti res eſt; & tu inter ſacri huius Ordinis Antiſtites pietate, doctrinâ, modeſtiâ emines. Iure igitur meritiſſimo, hoc quidquid eſt, tuæ cenſuræ ſubmittimus. Quid quod hoc ipſum propriè eſt tuum? Cœnobiorum namque CATALOGVM, quem damus, ex Cartuſiæ

veſtræ Bruxellenſis Bibliotheca accepimus; vnà cum *Petri Dorlandi Chronico*, ſiue *Corona Cartuſiana*, vt auctor ipſe nuncupat, atque indigitat. Quod quidem viri eruditi iuxta ac pij ſcriptum ſtatueram pariter, publico Eccleſiæ bono, typis euulgare; niſi me vir optimus P. THEODORVS PETREIVS, Cartuſiæ Coloniēſis alumnus pro ſuo in ſacram veſtram familiam ſtudio, præueniſſet. Habebunt itaque in poſterum, quod de ſui inſtituti initijs ac progreſſu ſodales veſtri legant, alij æmulentur.

Sic & *Ioannem Baptiſtam Signium*, Bononienſem, itemque *Arnoldum Buſcium*, ſodalem Vvindeſemenſem, Canonici Auguſtiniani; *Ioannem Trittenhemiū* & *Arnoldum Vuionum*, Duacenſem, Benedictini; Pariſienſem S. Martini Campenſis monachum Cluniacenſes; ſcriptorem anonymum, typiſque nondum editum Ciſtercienſes; *Seruatium Lairuelſium*, Hannonē, S. Mariæ ad nemus in Lotharingia Abbatem, Præmonſtratenſes; *Trittenhe-*

mium

mium, *Ioannem Gerbrandum*, Leidanũ Batauum, & *Petrum Lucium*, Bruxellensem, Carmelitæ; *Iosephum Pamphilum*, Episcopum Signinum, & *Antonium Goueam*, Priorem in India orientali Goanum, Augustiniani eremitæ; *Antonium Senensem*, *Ferdinandum Castillum*, & qui Bruxellis, Duaci & alibi M. S. exstat, lucemque meretur publicam, *Geraldum Lemouicensem*, Dominicani; *Franciscum Gonzagam*, Episcopum Mantuanum; *Henricum Vuillotium*, Belgam, aliosque Franciscani suorum primordiorum ac progressuum nacti sunt præcones. Sic & Basilianos, Camaldulenses, Cælestinos, Crucigeros, Hieronymianos, Iesnatos, Valli-scholares, Seruos B. Mariæ, Oliuetanos, Trinitarios, & alios religiosorum hominum cœtus, *Sabellicus*, *Volaterranus*, *Polydorus*, *Vergilius*, *Paulus Morisus*, *Renatus Choppinus*, *Hieronymus Platus*, *Thomas Bozius*, & alij suis scriptis commendarunt.

Nec solus vobis præco *Dorlandus* obtigit. Habuistis & *Petrum Sutorem*,

Cartusianorum olim Parisiensiũ Priorem, *Henricum Calcariensem*, Priorem Coloniensem, & *Arnoldum Bostium*, Carmelitã Gandensem, optimè de religiosa vestra familia meritos. Quorũ quidem posterior Coloniæ apud præfatum P. THEODORVM PETREIVM adseruatur; dignus profectò, qui in lucem in adspectumq́ue proferatur.

Sed hæc vestris curæ erunt, scio. TV interim Reuerende in Christo Pater, qualecumque hoc munus benigno vultu accipe, & conatum nostrum adfectus, erga sacrum vestrum Ordinem iam inde à primis annis mihi innati, titulo excusa, vel, quod malim, ama: æquum siquidem, vt quibus idem est natale solum, illis & eadem sit animorum coniunctio, mutuusq́ue amor. Sunt quidem, fateor, multorum cœnobiorum exordia nobis nondum cognita: sed curis secundis, aliorumq́ue industria aliquid hîc fuit relinquendum. Et verò, quod M. Varro ait, *vt in bona segete neque nullum est spicum nequam, neq; in malâ non aliquod bonum;*

ita

ita nemo est reprehensus, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam. In quo desino, & maiorem in modum rogo, vt nostri, dum facis, sis memor: Antuerpiæ, Kalend. Decemb. cIↄ.Iↄc. IIX.

Aubertus Miræus, Bruxell.
Canonicus & Scolarcha
Antuerp.

CENSVRA.

QVOD *præsenti libello, illustriora Cartusiani Instituti Cœnobia, eorumq́; origines, & quasi prima fundamenta, studio* AVBERTI MIRAEI *Canon. & Scholastici Antuerp. e tenebris eruta, conspiciantur; dignum censeo, qui in lucem prodeat, cum ad religiosi istius instituti maiorem commendationem, tum ad sedulam piorum Fundatorum imitationem. Antuerpiæ, Anno* M.DC.IX.10. *Februarij.*

Laur. Beyerlinck Antuerp. S. Theol.
Licent. Canonicus Antuerp.
& Censor librorum.

APPROBATIO CENSORIS.

FT ego GHISBERTVS SPECHTIVS, inquiſitor hæreticæ prauitatis, ac S. Theologiæ Profeſſor, do conſenſum, vt hæ ORIGINES CARTVSIANORVM MONASTERIORVM publico bono in lucem proferantur. Datum in Conuentu noſtro Dominicano anno M. DC. VIII. XXV. Octobris.

PETRVS VENERABILIS, ABBAS CLVNIACENSIS, LIB. II. de Miraculis, cap. XXVIII.

SEruatur in Burgundiæ partibus inter omnes Europæ noſtræ monaſtici ordinis profeſſiones, profeſſio quædã multis alijs eiuſdem monaſtici propoſiti ſanctior & cautior; inſtituta noſtro tempore à quibuſdam Patribus magnis, doctis & ſanctis: M. Brunone Colonienſi, Landuino Italico, ac quibuſdam alijs verè magnis, & Deum timentibus viris.

LAV-

LAVRENTIVS LEODICENSIS, IN HISTORIA EPISCOPORUM Virdunensium, quæ apud me exſtat M. S. floruit is anno 1190.

CArtuſienſis religio, mundo hactenus inaudita, de ſanctiſsima ſchola reuerendiſsimi Brunonis proceſsit, quæ in carne extra carnem, inſolito mortalibus more, viuendo, angelos in terra, Ioãnem Baptiſtam & Paulum eremitam in deſerto nobis hodie repræſentat: vt meritò hanc religionem florem mundi nomines, vt hanc eſſe animal ſimile aquilæ in cœlum volanti, iure pronunties.

IACOBVS DE VITRIACO S. R. E. CARDINALIS.

CARTVSIANAE *religionis rigor diſtrictionis, & diſtrictio rigoris, tãquam fornax Spiritus ſancti aurum purgans, & ſcoriam ex argento ſeparãs, falſos fratres diu retinere non poteſt. Vnde cella comparatur mari, quod morticinũ, quantocius poterit, proÿcit.*

Vixit an. Dom. M. CC. XX.

 FRAN-

FRANCISCVS PETRARCHA.

Vixit an. 1350.

ORDO CARTVSIENSIS *est, quem nemo deceptus, nemo inuitus intrat, in quo nullus perseuerare fictus potest.*

EX HISTORIA VITAE S. BRVNONIS, apud LAVRENTIVM SVRIVM.

CARTVSIANVS *Ordo hodieq́; præ cæteris (quod tamen, pace omnium, dictum volumus) priscum illum rigorem suum retinere videtur.*

Plura Sacri CARTVSIENSIS Ordinis ELOGIA, vide in principio Catalogi Scriptorum illustrium, seu BIBLIOTHECA CARTVSIANA, quam nuper apud ANTHONIVM HIERATHIVM, celebrem Vbiorum typographum edidit Pater THEODORVS PETREIVS, eiusdem ibidem instituti alumnus, atque in talibus eruendis cumprimis sedulus.

ORI-

Digitized by Google

ORIGINES CARTVSIANORVM MONASTERIORVM.

CAPVT I.

PROVINCIA GEBENnensis.

1 CARTVSIA MAIOR, sita est in monte, densas inter siluas, apud Gratianopolim, in Delphinatu, regni Galliæ prouincia. Eum locum, donante S. Hugone Episcopo Gratianopolitano, incolere cœpit S. BRVNO, cum sodalibus suis anno Dom. M.LXXXIV. vt in historia vitæ eius legitur, apud Laurentium Surium, die 6. Octobris.

Huius loci Prior siue Præfectus, totius Ordinis Cartusiani princeps est, atque antesignanus. Ibidem generales ordinis conuentus quotannis celebrari solent.

2. Do-

Digitized by Google

2. Domus siue monasterium VALONIS.
3. Domus ANGIONIS.
4. REPAVSATORIVM.
5. VALLIS S. HVGONIS.
6. Domus ALLIONIS.
7. POMERIVM.
8. Domus S. SPIRITVS, apud Lugdunum, Galliæ emporium, ad Rhodanum fluuium.
9. VALLIS SANCTA.
10. CALESIVM.
11. PARS DEI.
12. SANCTVS LOCVS DE LANCEA.
13. Domus siue VALLIS VIRTVTVM. Catalogus M.S. Bruxellensis, & Petrus Sutor lib.2.tract.3.cap.7. notant hoc monasterium fuisse situm in Scotia.
14. MELAMENSE cœnobium, vulgò MELAM, est monialium.
15. Domus CORRERIAE, est vnita maiori Cartusiæ.

CAPVT

CAPVT II.

PROVINCIA COMITATVS Prouinciæ, in tractu Massiliensi.

1. Domus DVRBONIS, aut *D'Vrbonis.*
2. MONS RIVI.
3. VALLIS S. MARIAE.
4. VERNENSE monasterium, vulgò VERNE.
5. VALLIS BENEDICTIONIS.
6. VALLIS BONA.
7. Domus BONI PASSVS.
8. PRATVM MOLLE, monialium.
9. Domus BERTAVDI, itidem monialium, est vnita domui Durbonis.

CAPVT III.

PROVINCIA AQVITANIAE.

1. Domus BONAE FIDEI.
2. GLANDERIVM.
3. PORTVS B. MARIAE.
4. Domus S. CRVCIS, in Iaresio.
5. VALLIS CLARA.

6. Do-

6. Domus BELLI VISVS, apud Castras.
7. Domus S. SALVATORIS, apud Villam-Francam.
8. CADVRCENSE monasterium, Albiæ Cadurcorum sitũ, primitus Templum equites tenuerunt: sed ijs profligatis, ad Cartusianos id transtulit Ioannes XXII. Pont. Max. ante pontificatum Episcopus Cadurcorum: vti Franciscus Petrarcha, in epistol. ad Sagramorum equitem & monachum, & ex eo Renatus Choppinus, Monasticôn lib. 2. tit. 1.

CAPVT IV.

PROVINCIA CATALONIAE.

1. SCALA DEI, diœcesis Tarraconensis.
2. PORTA COELI, in regno Valentiæ, est fundata ab Andrea Albalato, Archiepiscopo Valentino, & collegio Canonicorum eius vrbis.
3. MONS HILARIS B. MARIAE, vulgò *Montioly*, distat secundo milliari à Bar-

à Barcinone, vrbe celebri.

4. VALLIS IESV CHRISTI, amœno ad flumen loco est sita, secundo lapide à Cæsaraugusta. Insignis hoc loco Bibliotheca, libris optimis instructa visitur.

5. Domus IESV NAZARENI, in Maiorica insula, quæ inter Baleares insulas est maxima.

CAPVT V.

PROVINCIA CASTELLAE.

1. Domus B. MARIAE DE PAVLARI. Apud Segobiam Castellæ vrbem, lanarum artificio celebrem, haud longè à pago *Rascafria*, CARTVSIANORVM domicilium, cui PAVLARI nomen est, ipso ædificij splendore, copijs, & loci sanctitate in Hispania celeberrimũ, Ioannes I. Castellæ Rex impensâ suâ excitauit. Obijt is anno M.CCC.XC.

2. HISPALENSIS Cartusia, Hispanicè *Las Cuebas*, B. Virgini Matri sacra, loco amœnissimo, ad Bætim fluuium sita est, haud longè à muris vrbis vulgò

gò *Seuilla* dicitur, Hiſpalenſis; quæ nobiliſſimum eſt emporium, & merciū Indiæ occidentalis receptaculum longè ampliſſimum. Hoc in monaſterio ſpectantur ſepulchra ducum Alcalæ; quibus & dotem ſuam, ni fallor, debet acceptam.

3. ANAIENSIS Cartuſia, B. Virgini pariter ſacra, vulgo de *Anaya*, ad Durium fluuium, haud longè à Tordeſilla vrbe.

4. Domus S. MARIAE DE MIRAFLORES, non procul Burgenſi vrbe, exſtructa eſt à Ioanne II. Caſtellæ Rege, qui ibidem cū coniuge ſua cōditus iacet.

5. Domus DEFENSIONIS B. MARIAE, apud Xerecium.

6. Domus CONCEPTIONIS B. MARIAE, DE CASALLA.

7. SCALA DEI, in Portugalia.

8. AVLA DEI, in Portugalia. Ex his altera apud Eboram, altera apud Oliſiponem, Luſitaniæ ſeu Portugaliæ metropolim eſt ſita.

9. Domus NOSTRAE DOMINAE DE GRA-

GRATIA, in diœcesi Hispalensi, amplissimis vectigalibus dotata, Guadaletæ fluuio adiacet.

10. Domus S. MARIAE DE FONTIBVS, in diœcesi Oscensi sic dicta ab vbertate fontium, quibus abundat.

11. Cartusia GRANATENSIS, filia Paularensis monasterij. Eam namque fundatam ab ipsis Paularensibus lego.

CAPVT VI.

PROVINCIA BVRGVNDIAE.

1. Domus PORTARVM; fundata est temporibus S. Bernardi Abbatis Claræ-vallis: quod patet ex Petro Sutore lib.2.de vita Cartusiana; tract. 3. cap.5. & ex Dorlandi Chronico, lib.4.c.9.

2. ARVERIAE.

3. SILVA BENEDICTA.

4. VALLIS-CLVSA.

5. Monasterium MAIOREVI. Quod vnũ esse ex antiquissimis Ordinis cœnobijs constat ex epistola 25.lib.6.Petri Cluniacensis Abbatis, qui vixit tempore D. Bernardi Claræuallensis.

Digitized by Google

6. Monasterium SELLIONIS.

7. BONVS LOCVS, tribus miliaribus à Salmis.

8. Monasteriū MONTIS MERVLAE.

9. SILIGNIACVM, in Sabaudia.

10. PETRICASTRENSIS, siue PETRICASTELLENSIS Cartusia, apud Sabaudos notissima. Est ea fundata ab *Amadeo*, eo nomine sexto, Sabaudię Comite: qui & ordinem Equitum Annūciationis Angelicæ instituit. Pro cuius sodalitij Equitum salute, perpetuæ ad Deum preces in ista Cartusia funduntur. Obijt autem *Amadeus*, an. 1383. cum Allobrogibus annos XI. præfuisset.

11. POLETENSE monasteriū, virginū.

12. SALETARVM itidem monialiū.

CAPVT VII.

PROVINCIA FRANCIAE.

1. VALLIS DEI, fundatorem agnoscit *Rotrodum* Pertici Comitem: teste Petro Sutore, lib. 1. de vita Cartusiana, tract. 3. cap. 2. pag. 65.

2. LVVIGNIACVM.

3. LIGETVM.

4. Ap-

4. APPONIACVM.

5. Domus BELLI-LARICI.

6. VALLIS S. GEORGII.

7. PARCVM, in diœceſi Cenomanẽſi. Fundum exſtruendo monaſterio dedit virgo quædam inclyta, ex nobiliſſima Alenconiorum familia; ædificia verò B. *Gaufridus Cenomanenſis* Epiſcopus, ibidem ſepultus excitauit: teſte Sutore lib.2. tract.3. cap.6.

8. VALLIS VIRIDIS, apud Lutetiam Pariſiorum, à S. Ludouico Francorũ Rege, eius nominis Nono, excitata eſt in fundo Palatij olim regij, quod *Vauuertum* nuncupabant: teſte Franciſco Belleforeſtio, in ſua Coſmographia, & Petro Sutore, citato loco. Spectantur in hoc cœnobio plurimi tumuli procerum, cùm ſacri tum profani ordinis. Solent & loci eius monachi erga pauperculum vulgus hominum, ſuburbana Lutetiæ incolentium eſſe liberaliſſimi.

9. BASSA-VILLA.

10. VALLIS PROFVNDA.

11. FONS B. MARIAE.

12. FONTANETVM, apud Belnense opidum, Ducatus Burgundiæ, ab *Guidone* Burgundiæ Duce ann. 1332. est institutum ac dotatum: teste Belleforestio citato libro. Huius tractus vina, vulgò *Belnensia* nuncupata, apud Frācos & Belgas, ob præstantiam, maximo sunt in pretio.

13. Domus B. MARIAE DE PRATEA, apud Trecas, Campaniæ vrbem.

14. Domus S. TRINITATIS, apud Diuionem Ducatus Burgundiæ Metropolim. Hoc monasterium *Philippus Audax*, Burgundiæ Dux, & Flandriæ, per coniugium cum Margarita, vnica Ludouici Malani filia, contractum, Comes à fundamentis suo ære excitauit. Cuius itemque filij *Ioannis Diuionensis*, & nepotis *Philippi Boni*, ex ordine Ducum Burgundiæ, tumuli ibidem marmorei visuntur.

15. Domus ROSAE NOSTRAE DOMINAE, apud Rotomagum, Normāniæ emporium.

16. Domus SS. ROGATIANI & DONATIANI, apud Nannetes, in Britannia

nia Armorica, quam hodie Minorem nuncupant.

17. CAMPVS S. MICHAELIS D'AVRAY.

18. Domus BONAE SPEI, apud Gallionem.

CAPVT VIII.

PROVINCIA PICARDIAE.

1. MONS DEI, ad quos D. Bernardus celebrem illā *de vita solitaria* scripsit epistolam.

2. VALLIS S. PETRI.

3. Domus S. MARIAE DE MACORT, in vrbe Valencenarum, apud Hannones.

4. VALLIS S. ALDEGVNDIS, apud Audomaropolim, Artesię vrbem. Huius auctor exstitit *Ioannes à S. Aldegunde*, Norcarmæ dominus, an. 1198.

5. Domus S. HONORATI, apud Abbatis-Villam, Picardiæ opidum.

6. MONS S. LVDOVICI, apud Nouiomum, Picardiæ vrbem episcopalem. Huius cœnobij exordium ac dotatio

debetur Philippo Galliæ Regi, S. Ludouici Regis filio; vt in sua Cosmographia testatur Belleforestius.

7. VALLIS S. SPIRITVS, apud Gosnaium, haud longè à Bethunia, Artesiorum opido. Hoc monasteriū, cum Xenodochio vicino, suo ęre excitauit, ac vectigalibus annuis donauit *Theodericus Herissonius*, ex Præposito Aëriensi Episcopus Atrebatensis, qui anno 1328. moriēs, ibidem in odeio est conditus.

8. Domus B. MARIAE DE PRATES, apud Monstrolium opidum Picardiæ, in finibus regni Galliæ. De cuius fundatore consule Chronicon Dorlandi, lib. 6. cap. 28.

9. MONS S. ANDREAE, apud Tornacum, veterem Neruiorum sedem. De cuius monasterij initijs idem Dorlandus in Chron. lib. 6. cap. 27.

10. MONS S. MARIAE, cœnobium monialium, apud Bethuniam in Artesia.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT IX.

PROVINCIA BELGII, SEV Germaniæ inferioris.

1. CAPELLA B. MARIAE, apud Angianum Hannoniæ opidum. Quæ quã præstantes olim doctrina ac pietate Viros produxerit, consule Dorlandũ, lib. 7. Chronici, cap. 25. & sequentibus. Quin etiamnum hoc tempore Priorem habet admodum insignem P. *Adrianum Durpium*, Prouinciæ istius, vt vocant, Conuisitatorem.

2. VALLIS GRATIAE, apud Brugas, Flandriæ olim emporium, toto orbe notissimum, fundata est anno M.CCC. XVIII. teste Iacobo Meyero in Annalibus Flandriæ. Huic nunc præest V. P. *Gisbertus Bouhuißius*, vir pietate ac humanitate suspiciendus.

3. Domus S. CATHARINAE, in Lirano Brabantiæ opido. Stetit hoc monasterium olim ad muros vrbis Antuerpiensis, eo ferè loco, quo nunc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

debetur Philippo Galliæ Regi, S. Ludouici Regis filio; vt in sua Cosmographia testatur Belleforestius.

7. VALLIS S. SPIRITVS, apud Gosnaium, haud longè à Bethunia, Artesiorum opido. Hoc monasteriũ, cum Xenodochio vicino, suo ęre excitauit, ac vectigalibus annuis donauit *Theodericus Herissonius*, ex Præposito Aëriensi Episcopus Atrebatensis, qui anno 1328. moriẽs, ibidem in odeio est conditus.

8. Domus B. MARIAE DE PRATES, apud Monstrolium opidum Picardiæ, in finibus regni Galliæ. De cuius fundatore consule Chronicon Dorlandi, lib.6.cap.28.

9. MONS S. ANDREAE, apud Tornacum, veterem Neruiorum sedem. De cuius monasterij initijs idem Dorlandus in Chron.lib.6. cap.27.

10. MONS S. MARIAE, cœnobium monialium, apud Bethuniam in Artesia.

CAPVT

CAPVT IX.

PROVINCIA BELGII, SEV Germaniæ inferioris.

1. CAPELLA B. MARIAE, apud Angianum Hannoniæ opidum. Quæ quã præstantes olim doctrina ac pietate Viros produxerit, consule Dorlandũ, lib. 7. Chronici, cap. 25. & sequentibus. Quin etiamnum hoc tempore Priorem habet admodum insignem P. *Adrianum Durpium*, Prouinciæ istius, vt vocant, Conuisitatorem,

2. VALLIS GRATIAE, apud Brugas, Flandriæ olim emporium, toto orbe notissimum, fundata est anno M.CCC. XVIII. teste Iacobo Meyero in Annalibus Flandriæ. Huic nunc præest V. P. *Gisbertus Bouhuissius*, vir pietate ac humanitate suspiciendus.

3. DOMUS S. CATHARINAE, in Lirano Brabantiæ opido. Stetit hoc monasterium olim ad muros vrbis Antuerpiensis, eo ferè loco, quo nunc

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

arx visitur, à *Ferdinando Aluaro*, Albæ duce, Belgijque Gubernatore, an. 1567. excitata. Sed bello Geldro-Gallico, cũi *Martinus Rossemius* contra *Carolum V.* Imp. præfuit, cum Antuerpiana ædificia in cineres concidissent, monachi nouum Liræ cœnobium exædificarunt. Cæterum Cartusiæ Antuerpianę dotator primarius fuit *Gratianus*, Belgicæ *Dancardus Molenerius*, ciuis Antuerpiẽsis; vir admodum diues, de quo fusè Dorlandus in Chronico suo, lib. 6. cap. 30. pag. 372.

4. SILVAE S. MARTINI, apud Gerardi-Montem, Flandriæ opidum.

5. Domus MONTIS S. GERTRVDIS, apud eiusdem nominis opidũ, in Hollandiæ & Brabantię confinibus situm, conditorem agnoscit *Guilielmum Duueuordium*, nobilissima apud Batauos familiâ natum, & Osterhouti dominum. Floruit is an. XI. 1353. fuitq; in magnâ apud Belgarum Principes gratia. Idem cum liberis careret, opes suas in alterius insuper monasterij ædificationem pijssimè impendit: quod est mo-

nialium

nialium ordinis S. Claræ, olim extra muros vrbis Bruxellensis, nunc intra muros situm, eo ipso loco, quo fratres Hieronymiani, patrum memoria, cœnobium & gymnasium habuerunt. Cæterùm *Duuenordius* in veteri isto S. Claræ monasterio, extra muros vrbis, honorificè conditus fuit: cuius tumulum, vnà cū monasterio, ciuilia apud nos bella exsciderunt.

6. Domus S. MARIAE, vulgò **Monnickhuyssen**/ apud Arnhemū, Geldriæ metropolim. Cœnobium istud condidêre *Rainaldus I.* Geldriæ Dux, & vxor eius *Eleonora*, Eduardi Angliæ Regis filia: teste Henrico Aquilio, in Geldriæ chronico. Caussam fundationis lege apud Dorlandum in Chronico Cartusiano, lib. 6. cap. 22. pag. 354.

Obijt autem Rainaldus an. 1343. cùm annis XVII. præfuisset. Fuit hoc monasterium multorum olim Geldriæ Ducum tumulis nobile; quos Caluiniana rabies, pro sectæ ingenio, nostra ætate violauit, funditusque excidit.

7. MONS S. IOANNIS BAPTISTAE,

in Zelemensi vico, apud Distemium Brabantiæ opidum. Huius cęnobij anno Christi M.CCC.XXVIII. Auctor fuit *Gerardus Toparcha* Diestēsis, & *Castellanus* Antuerpiensis, eiusque coniux *Ioanna à Flandria*, Comitis Lossęnsis filia. Hîc vixit & obijt anno Christi 1507 ætatis 53. *Petrus Dorlandus*, qui præter Chronicon Cartusianum, multa alia scripsit Ecclesiæ vtilia: vti videre licet in *Bibliotheca Cartusiana* F. Theodori Petręi, Cartusiani. Moderatur nunc hanc eandem Cartusiam P. *Theodorus Stumpvvyckius*, natione Batauus, singularis industriæ ac pietatis Vir.

8. VALLIS REGALIS, apud Gandauum, Flandriæ vrbem primariam, & maximam. Quæ quidem Domus primùm cœpta est construi anno Dom. M.CCC.XX. Incorporata verò est Ordini anno istius seculi XXVIII. Quo tempore extitit Canonicus quidam Ecclesiæ S. Donatiani Brugis, D. VVILLEBAERD, qui suo ære locum illum, vbi Cartusia constructa est, cum à vicinis aliquot prædijs, comparauit. Quæ deinde

inde Ludovvicus Flandriæ Comes cũ vxore ſua ac filio ab omni ſeruitio ac debito exemit. Itaque hi fuêre quaſi primi Cartuſiæ huius fundatores. Fuit autem primus huius loci Prior MICHAEL COELIAN, qui cùm eſſet in ſeculo magnarum opum vir, ac præditus, amore ſolitudinis accenſus, mũdo nuntium remiſit, plurimaque è ſua ſubſtantia domui contulit. Cui demortuo ſucceſſit *Ioannes* N. Poſt quẽ D. *Guilielmus de VVarnevvyck* regimen ſuſcepit, nepos nimirum generoſi ac nobilis viri D. *Guilielmi de VVarnevvyck*, Qui cùm non haberet liberos, in gratiam nepotis ſui, omnium bonorum ſuorum immobilium, quæ in *Haſſelt* (eſt hoc inſigne prædium haud procul à Gandauo) ſita ſunt, Cartuſianos Gandenſes conſtituit hæredes: permotus, vt fertur, inſtinctu diuino: occaſione nimirum virtutis, humilitatem & patientiæ laici cuiuſdam iſtius eiuſdem Conuentus, ex eorum genere quos *Conuerſos* nuncupãt. Qui cùm quodam tempore ſpicas legeret, & for-

Digitized by Google

& fortè in proximè adiacentem agrũ, qui prædicti nobilis erat, imprudens incidiſſet, illicque quaſi in Conuentus ſui fundo, nonnullas colligere ariſtas inciperet, VVarnevvyckius id conſpicatus, indignabundus actutum accurrit, hominique inſignem alapam infregit. Qui id patientiſſimè tolerans, veniam inſuper demiſsè precatur: ignoſci ſibi poſtulans, quod inſcius peccaſſet. Quo patientiæ exemplo ita cõmotus eſt animus Generoſi viri, vt inſequenti nocte ſomnum haudquaquã capere potuerit, correptus nimirum horrore quodam terribili, adeò vt ſe ilicò expiraturum crederet. Vnde prima aurora Cartuſiam adiẽs, Priorem interpellat, exponit quid pridie cum laico crudeliter egerit, atque in pœnitudinis ſignum terras ſuas omnes Ordini ſuapte ſponte offert.

Dein erat & aliud quoddam prædium, Monaſterio propinquum, & domicilium alterius cuiuſdã viri nobilis, qui dum intempeſtæ noctis ſilentio cum vxore in lecto decumberet, atque

atque inde Cartusianorum fratrum (erat enim illorum Ecclesia vicina admodum) exaudiret, singulari in Deum amore inflammatus: *En*, inquit ad vxorem, *quàm alacriter boni isti religioni diuinas concinunt laudes, veluti Angeli quidam cælestes; cùm interim nos molli decubantes lecto, otiosi conquiescimus. Quidni prædium hoc nostrum viris istis religiosis, cælestem in terris vitã degentibus, offerimus: quatenus aliquando nos secum recipiant in æterna tabernacula, cùm sint ciues Sanctorum, & domestici Dei!* Dictum, factum. Neque hic stetit res, quin & Gandauensis Magistratus piâ conuentualium conuersatione inflãmatus, ex ærario suo tres ibidem construxit cellas, & complures alij vtriusq; sexus possessiones suas, agros ac prædia, in Monasterij eiusdẽ vsum libentes contulerunt.

Luc. 16.
Ephes. 2.

Floruêre autem in insigni hoc Cœnobio duo præstantis eruditionis viri, quorum vnus fuit GOSVVINVS de BECKA, qui anno Domini M. CCCC. XVII. Priorem ibidem egit, ac primarium

rium Prouinciæ Visitatorem; de quo latius in *Cartusiana* legitur *Bibliotheca*. Alter verò GVILIELMVS BIBAVTIVS: qui cùm esset istius loci alumnus ac Præfectus, magnaque polleret rerum agendarum prudentia, tandem anno Domini M. D. XXI. in totius Ordinis GENERALEM est cooptatus. Verùm eheu in ista miseranda Belgij clade, quæ anno post Christum M. D. LXVI atrociter desæuit, celeberrima hæc Cartusia rebus ferè omnibus ab hæreticis spoliata est, ac tandem etiam anno M. D. LXXVI. tum ab his tum ab illis vsque adeò in cinerem redacta, vt modo vix vllum veteris ædificij extet monumentum. Quæ res Superiores impulit, vt anno M. D. LXXXIV. in ipsa Gandensi vrbe quietiorem commorandi locum à Senatu expetierint, impetrauerintque. Qui quidem nouo indito nomine, *domus* S. BRVNONIS *in heremo*, hoc tempore vocitatur. Cuius nouum ambitum, seu claustrum maius, cellasque, ad formam ordinis N. P. ARNOLDVS HAVENSIVS, modernus

Car-

Cartusiæ Prior, coaptare studet: Vir nimiram, de quo ignores, doctiorne sit, an humilior; morū grauitate præstantior, an animi tranquillitate hilarior: certat enim singularis illius prudentia cum admiranda simplicitate, feruor orationis cum operibus charitatis: adeò vt & benè faciendi studio, & scriptionis laude exteris etiam, non suis tantùm amori sit ac honori.

9. DOM⁹ OMNIVM APOSTOLORVM, apud Leodicum, insignem Eburonū Vrbem, in monte Cornelio, initia sua debet *Engelberto de Marcka*, XLVII. istius loci Episcopo, necnō & opulentissimo ciui *Ioanni de Brabantia*, Scabino Leodicēsi, qui amplissimos huic monasterio redditus annuatim adsignauit. Cuius fundamēta iacta sunt circa an. Do. M.CCC. LVII. cępitq; Ordini incorporari 4. anno post. Nā in Capit. Generali, sub P. HELISARIO (fuit hic XXIII. Generalis, obijtque An. M.CCC. LXVII.) maiori in Cartusia an. M.CCC. LX. celebrato, primus Cōuentui huic Prior adsignatus est P. BERTRANDVS pro-

professus Cartusiæ Parisiensis. Quo cũ tres alij ex maiori Cartusia simul missi fuêre. Quorum primus vocabatur Bartholomeus, professus nimirum domus Arnhemiensis; alter, Ioannes militis; tertius, Adamus N. vterque filius Abbatis Villæ in Picardia.

De fundatione Domus Leodicẽsis consule chronicõ Dorlandi lib 6. cap. 30 pag. 370.

Vixêre autem hoc in loco primitùs Canonici regulares Ordinis Præmonstratensis, qui nunc intra muros vrbis Leodicẽsis degunt, in loco, quem *Bellum reditum* nuncupant. Cæterùm in Cartusia Leodicensi est insignis Bibliotheca, vetustis manuscriptis codicibus bellè instructa. Quam, cùm ante biennium illic essemus, non sine fructu perlustrauimus: atque inter cætera vidimus manuscripta opera omnia IACOBI VITRIACI Cardinalis, tomis aliquot comprehensa: præestque huic loco D. IOANNES STELANT, vir tum morum grauitate, tum ingenij acumine suspiciendus.

10. DOMVS NOVAE LVCIS S. SALVATORIS, apud Vltraiectum, vrbem apud Batauos Archiepiscopali cathedra

Digitized by Google

dra illuſtratam. Ex monumentis iſtius loci mihi conſtat Anno M.CCC.XCII. Suedorum, Gasbecæ, Putti, & Stryæ Dominū, agros ampliſſimos in Stryēſi tractu, loci huius Monachis contuliſſe: ALBERTO Hollandiæ, Zelandiæq; Comite, ac filio eius natu maiore GVLLIELMO adprobantibus. Porrò Monaſterij huius ruinæ vix hac tempeſtate viſuntur amplius; adeò ſæua Caluini rabies Deo dicata domicilia è medio ſuſtulit.

11. PORTVS SALVTIS S. ANDREAE, apud Amſtelredamū, Hollandiæ emporium, mercatu potius quàm religione celebre.

12. MONS SION, apud Zirizæam, Zelandiæ oppidum: cuius ne ruinæ quidem hac tempeſtate exſtant.

13. DOMVS NOSTRAE DOMINAE de GRATIA, olim extra Bruxellam, Brabantiæ vrbem regiam, loco peramœno ſita, ſed bellis iſtis ciuilibus funditus euerſa. Noſtra autem memoria eſt intra muros Vrbis magnificè ædificata, magisque indies adſurgit ſtudio

Digitized by Google

& industria Reu. P. Dominî HERCV-LIS VVINCKELII, loci istius vigilantissimi Prioris, totiusque Prouinciæ Visitatoris integerrimi. Porrò monasterio sacellum adhæret, D. Virginis cultu celebre, quod ingenti secularium hominum frequentia visitur.

14. Monasterium S. BARTHOLOMAEI, apud Delfos Hollãdiæ oppidũ, nunc in cineres flammasq; redactum.

15. Domus S. SOPHIAE, apud Syluam ducis, Brabantiæ vrbem, militari populo nobilẽ. Ad cuius monasterij constructionẽ cùm *D. Ludolphus van VVaeter*, Buscoducensis Ecclesiæ Canonic⁹, alijque nonnulli ciues diuersas contulissent eleemosynas, licet insufficiẽtes, tandem strenuus miles, ac generosus *D. Arnoldus de Herlaer*, & *D. Adelheidis Picks* eius vxor, ambo natione Sicambri, liberali sua donatione id effecêre, vt in loco qui *Vucht* etiamnũ dicitur, haud procul ab vrbe cœnobium in honorem templi Constantinopolitani, S. SOPHIAE, recẽter tunc à Turcis occupati ac prophanati, conderetur. Verum

ium enimuerò, quia ad talem Monasterij erectionem cõsensus Ducis Brabantiæ necessariò requirebatur, hinc placuit Seren. Burgũdiæ, iuxta ac Brabantiæ Duci *Carolo Audaci*, per patẽtes literas anno 1471. in eiusdem erectionem cõsentire, & semetipsum principalem loci benefactorem vltrò offerre. Cuius tamen infœlici atque immaturo interitu plus spei quàm rei Cartusiani Patres consecuti sunt. Porrò I. loci huius moderator seu Rector fuit eximius ille Extaticus Doctor, *Dionysius Rickelius*. Cui successit *Ioannes de Monte*. Præfuit etiam isti loco an. Do. 1480. *Henricus*, cognomento *Prudens*, qui ibidem fatis concessit anno 1484. Quo de in *Bibliotheca Cartusiana* agitur. Est ergo hęc Cartusia fundata, atq; Ordini incorporata circa annum Do. 1466. nunc verò in vrbem translata. Primatem habens *P. Michaelem Genzema*, antiquę virtutis ac fidei virum.

16. Domus S. MARTINI, IN MONTE SOLIS, apud Campos insignẽ Transiselaniæ vrbẽ, nũc penitus quoq; est di-

ruta, atque ex fundamento excisa, nedum eruderata. Adeò, vt postremus loci istius PRIOR Pater Arnoldus N. rebus adhuc stantibus, ac mediocriter istic florẽtibus, non sine veri præsensione, ac quodã diuini numinis afflatu, paulò ante obitum lecto circunstantes identidem interpellauerit; vt duplo profundius in terram eum defoderet, quàm communis habet consuetudo. Futurũ enim, vt demortua religiosorum fratrum corpora, etiam vomere tandem aliquando proscinderentur. Quod vaticinium equidem, seu præsensionem, rei probauit euentus. Sunt namque saxa sepulchralia in vrbem translata, sanctissimorũ Patrum monumenta violata, pietatis domicilia euersa, ipsumque suspiciendæ pulchritudinis templum, non minus quàm cæmeterium in Cereris vsum redactum.

17. MONASTERIVM S. MARIAE MAGDALENAE *sub cruce*, in vrbe Louaniẽsi, ædificari cœptum est an. 1489. Varij varias cellas dederunt: inter eos emi-

Digitized by Google

eminet *Ioannes Ouerhouius*, Antuerpiensis, Nassouiæ gentis Quæstor; *Margarita*, Eduardi Angliæ Regis soror, Caroli Audacis, Burgundiæ Brabantiæque Ducis vidua, & *Maria Magdalena Hamalia*, vidua item Guilielmi Croy, Marchionis Arschotani; quæ & Heuerlense Cælestinorum, extra muros Louanienses cœnobium, à marito inchoatum perfecit. Cæterùm in Cartusia Louaniensi, spectabilis est porticus, magnitudine & opere; nec aliam facilè inuenies huic comparandam. Lege Iusti Lipsij Louanium lib. 2. cap. 17. Priorem nunc agnoscit Vekhouiũ quendam, qui magna cum laude illic præest.

18. Domus S. ANNAE, apud Brugas Flandriæ vrbem, mercatu olim nobilissimam. Istud monialium cœnobiũ anno Christi 1363. suo ære exædificandum curauit *Balduinus Vossius*, ditissimus mercator Brugensis: testibus Meyero in Annalibus Flandriæ, & Dorlando in Chronico, lib. 6. cap. 33. p. 376. Quorum posterior addit, Balduini fi-

Digitized by Google

liam *Mariam* hîc Priorissæ, vt vocant, munus laudabiliter obiuisse.

19. DOMVS MECHLINIENSIS, in qua hac tempestate degunt Patres aliquot Angli, extorres è solo patrio, viri nimirum eximiè pij: quibus Rex Hispaniarum de necessarijs annuatim prouidet.

CAPVT X.

PROVINCIA ANGLIAE.

1. Monasterium VVITHAMENSE.
2. LOCVS DEI Hentoniensis.
3. BELLA VALLIS, apud Nothingã.
4. Monasterium SALVTATIONIS B. MARIAE, apud Londinum, regni Angliæ metropolim. Fundauit id anno 1371. *Gualterus Mainius*, Belga, patria Cameracensis: quem ob fidelem operam militarem in Vasconia aduersus Gallos præstitam, Eduardus III. Angliæ Rex, *Garterij*, vt vocant, ordinis Equitem crearat.

DE Cartusianis Londinensibus ab Henrico VIII. Angliæ Rege, ob constantem religionis orthodoxę professionem,

Digitized by Google

ſionem, varij ampliſſimè ſcripſerunt: ad quos Lectorem remittimus. Maximè verò ad hiſtoricam relationem *Maurity Chançæi*, oculati nimirum teſtis, qui horum pars magna fuit; quam nuper receſitam, impreſſit Bernardus Gualtherius, ciuis ac Bibliopola Colonienſis.

5. Domus S. MICHAELIS in Hul, apud Kingeſtonum.

6. Domus S. ANNAE, apud Conuen-

7. Domus ASSVMPTIONIS B. MARIAE, in monte Gratiæ.

8. Domus IESV DE BETHLEHEM, apud Scheinam.

9. Domus VISITATIONIS B. MARIAE, de Auxiolme.

Hæc & alia innumerabilia Angliæ monaſteria, Patrum memoriâ, hæreticorum furor, prô dolor, euertit. Sunt tamen hodieque varijs in prouincijs Angli, religioſis ordinibus adſcripti. Inter alios non pauci ſunt Machliniæ, apud Brabãtos, Cartuſianæ vitæ genus amplexi: ſacræ apud Britannos propaginis fœcundum, vti confido, ſemen aliquando futurum. CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

PROVINCIA ALEMANNIAE superioris.

1. VALLIS S. IOANNIS IN SEITZ, apud Ciliam Slauoniæ oppidum: cui olim præfuit Stephanus Senensis, qui annis aliquot à manibus fuit sanctissimæ Virgini Catharinæ Senensi, quiq; in publicis generalis capituli Comitis, anno Dom. M.CCCC.X. celebratis, GENERALATV sponte sua sese abdicauit, sua vtique cum laude, atque Ordinis bono. Nunc hæc eadem Cartusia regitur à D. VIANO GRVNELLO, Prouinciæ istius Visitatore perquam eximio, industrio, atque in arduis procurandis negotijs probè exercitato.

2. VALLIS S. MAVRITII, in Gyrio, in Slauonia.

3. VALLIS IOCOSA, in Carniola, in Freniz, Slauoniæ pago, putatur fundata circa annum Domini M.CCC.

4. LAPIS REFVGII, in Hungaria, eodem fermè tempore erectus dicitur, quo & superior.

5. VAL-

2. VALLIS OMNIVM SANCTORVM in Maurbach, tertio à Vienna, Auſtriæ metropoli, lapide, fundatorẽ agnoſcit *Fridericum Pulchrum*, Alberti Imperatoris filium, qui cùm ſolitudinis amans, iſtic aliquamdiu quietè vixiſſet, tandem etiam poſt mortem, quã anno Domini M.CCC.XXX.oppetijt, ibidem eſt humatus. Fuit olim duplici porticu inſignis, ac prouentibus largis clariſſima; ante annos verò octoginta, cùm Solimãnus Turcarum Imperator Viennam ingenti cum exercitu obſidione cingeret, magnas perpeſſa clades, interitui ferè obnoxia, nonnullos è gremio ſuo perdidit: adeò vt plerique eorum Turcica barbarie trucidati, Martyrij palmam promeruerint: è quibus fuêre D. Sigiſmũdus, Modeſtus, Erhardus, ac Sebaſtianus: quorum duo poſteriores laici.

6. VALLIS S. ANTHONII, apud Legniz in Hungaria, Poloniam verſus, quę circa annum Domini M.CCC. fundata putatur.

7. MONS OMNIVM ANGELORVM,

in Snals Tirolensi Comitatu, Henricum Bohemię ac Polonię Regem, Carinthiæ Ducem, fundatorem habuit, circa annum Domini 1326. Quæ tamẽ iam vnâ cum domo Ittingensi de mãdato Capituli Generalis, Franconicæ incorporata est Prouinciæ. Est in altissimis montibus, rupibusq; inaccessio, aliquot horarum spatio vixq; peruia: adeò vt sit locus horroris, ac vastæ solitudinis.

8. VALLIS AVXILII in Tarckan, in Hungaria apud *Agicum: quam nonnulli post annum Domini M.CCC. cõstructam fuisse autumant.

*fortè Agriam.

9. THRONVS B. MARIAE VIRGINIS in Gemnico, Austriæ pago, ædificiorũ splendore, atque opum magnitudine cęteras istius loci Cartusias longè post se relinquens. Quippe quæ fundatorẽ habuit ALBERTVM Austriæ Ducem, Romanorum Regem, quem fata hinc anno M.CCC.LXIII. eripuêre: estq; vnà cum thori sui consorte Domina IOANNA, sorore nimirum Regis Bohemię ac Polonię, eodem in tumulo, ibidem humatus.

10. VAL-

10. VALLIS S. MICHAELIS in Levvl, in Hungaria, circa annum D. 1350. constructa perhibetur.

11. Domus SS. TRINITATIS, apud Brunam, non incelebre Morauiæ oppidum, eadē ferè tempestate constructa existimatur. Cui laudabiliter iam nunc tam vitæ exemplo, quàm eruditionis laude præest *P. Renatus Hensæus*, Menapius: cuius exstat Tyrocinium *Militiæ sacræ ac religiosæ*, anno 1609. Coloniæ impressum, atque Episcopi Olomucensis calculo comprobatum.

12. PORTA B. MARIAE, in Axpach supra Danubium, in Austria, de cuius admirāda constructione cōsule Chronicon Dorlandi, li. 6. c. 20. Sunt qui adfirment circa an. Dom. 1400. Ordini incorporatam: habet autem visendæ pulchritudinis porticum.

13. VALLIS IOSAPHAT, apud Olomotium, Episcopalem Morauię vrbē, bis terve * Ziscкæ, & aliorū seditionibus, suis mota sedibus, nunc in ipsum Olomucense oppidum est translata.

** Quis hic Ziscka fuerit, patet infra, in descriptione Cartusiæ Pragensis.*

14. Domus THRONI SS. TRINITA-

TIS,

TIS, in Pletriach Slauoniæ vico apud Ciliam, fundata eſt ab illuſtri ac Magnifico Viro, D. Hermanno, Ciliç ac Sagoniæ Comite, qui diem obijt ſuum Anno Dom. M. CCCC. XXXVI. Cœpta verò eſt ædificari circa annum poſt Chriſtum natum M. CCCC. XXX. Verum vix mihi perſuadeo, eandem à Cartuſianis Patribus etiamnum inhabitari.

15. Domus S. LAVRENTII in Itinga, Heluetiæ pago, iuſſu S. Sedis Apoſtolicæ anno M. CCCC. LXI. ordini Cartuſiano adſignata, tandem anno XCVI. ſeculi nuper elapſi, Franconicæ ſociata eſt Prouinciæ. Quæ cùm ingenti alieno ære contracta, vix reſpirare poſſet amplius, iam nunc peruigili œconomiâ V.P. Domini *Ioannis Eeickstein* eiuſdem aſſiduis laboribus, præſtantiq́ue doctrina, caput audet erigere, priſtinasq́ue vires reſumere.

16. HORTVS B. MARIAE propè Pragam. De quo ita Georgius Bartholdus Pontanus, in ſuccincta Bohemiæ hiſtoria, quæ apud Claudium Marnium

anno

anno 1608. prodijt: *Henricus ſextus Imperator habuit filiũ Ioannem, cæcum nomine; quem Bohemis præfecit. Qui religione tactus, miratusq́; aſperam Cartuſianorum vitam, per quam corpora caſtigarent, & in poteſtatem ſuam redigerẽt, Cartuſianos nunquam antea in Bohemia viſos, Pragam, condito illis templo, & bene dotato adduxit.* Cæterùm Ziska cœpit populum ann. 1406. contra VVeſceslaum Regẽ ita comitare, vt & monaſterium Cartuſienſe à Ioanne cæco ſplendidè erectum ſpoliarent, flammiſq́ue exurerent, & vndecim ex ijs viros religioſos, probos, & ſenes ſertis ſpineis coronarent, atque illuſos in ciuitatis antiquæ cuſtodiam ducerent, ſaltante coram illis quodã laico *Marſick* nomine. Cartuſianorum autem vnus poſt preces ſuas ſingulis noctibus (licet optimè cuſtoditus) euanuit. Porrò quis, qualisve Ziſcka ille fuerit, iam nunc operæpretium eſt, ex Anthonij Bonfinij decadibus commemorare. *Poſt VVenceſlai mortem, quidam,* inquit, *Ioannes Ziſcka emerſit, haud ignobili genere,*

Lib 2. decad. 3. editio. VVechel. f. 387

nere, Trosnouiæ ortus, vir tenui cultu, in aula à pueritia educatus, bello impiger ac strenuus, altero captus oculo, quem per certamen amiserat: item cum ferox ingenium, & indomita rapinarum libido inerat. Is Hußitarum contagione infectus: coacta sacrilegorum manu, in templa fecit impetum; comminuit Diuorum simulachra, Christi optimi Max. fregit imagines; Cartusiensium cœnobium, vetustum quidem, & mirabili opere constructum diripuit succenditq́. Hæc Bonifacius ad annum Domini M. CCC. XCIX. Interim tamen reparatum quidem est, ac Cartusiensi Ordini redditum, verùm iam hoc tempore ad manus hominũ secularium deuolutum.

CAPVT XII.

PROVINCIA ALEMANNIAE inferioris, quæ & Franconia vulgò nuncupatur.

1. NOVA CELLA in *Grunavv*, propè *VVertheim* in Frãconia, quinto fermè à VVirceburgo lapide, primum fundato-

datorem circa annum D. 1348. recolit Illuſt. Comitem à *VVirtheim*. Aucta tamen plurimum temporis progreſſu prædijs opimis, ac largo prouentu nouitiorum quorũdam, qui illic Diuino numini famulantes, ſe ſuasque facultates omnes loco huic in perpetuum adſignauêre. Paſſa eſt ingentem reuerâ cladem, circa annum D. 1550. quãdo pleriq; Lutheranorum Principes Paſſauienſem diætam, in iſto ferè regionis tractu, inſtituêre.

2. CELLA SALVTIS, in *Tuckelhauſen*, tribus ab Herbipoli miliaribus diſtans, ab Otthone, ſanctitatis opinione inſigni Bambergenſi Antiſtite, anno 1120. à fundamentis exſtructa. atque Ordini Præmonſtratenſi adſignata fuit. Verũ enimuerò ab ijs tandẽ ad Cartuſianos anno redempti Orbis 1351. eſt deuoluta operâ nimirum Reuerendi ac prænobilis viri D. *Eberhardi de Rider*, Cathedralis Eccleſiæ Herbipolẽſis Decani. Porrò in bello illo ruſtico, à Luthero eiuſque aſſeclis horrendum in modum excitato, prorſus incinerata, con-

ſumpta-

Digitized by Google

ſumptaque fuit, anno nimirum ſuperioris æui XXVII. Quin & in bello Margrauico anno M.D.LII. miſerè ſpoliata, atque exactionibus exhauſta, adeoque attrita, vt de eâ conclamatum omninò fuiſſet; niſi P. *Nicolaus Comitius*, domo Belga, ac profeſſione Colonienſis, vir nimirum magnæ induſtriæ, iuxta conſtantis animi, eò circa annum Domini M.D.LXXV. Superiorum auctoritate relegatus, collapſa reſtauraſſet, ac diſperſa congregaſſet: ita vt aliquamdiu totius Prouinciæ ſeminarium exiſtens, etiam nunquam optimè audiat, inſignique pietate floreat.

3. HORTVS ANGELORVM, haud procul à VVirceburgo, Franconiæ metropoli, primarium habuit fundatorem Reu. ac Nobilem Virum *D. Eberhardum de Hirſcheim*, Canonicum & Archidiaconum Eccleſiæ Herbipolenſis: quippe, cuius ope ſuprema manus operi impoſita, quà ædificijs erigẽdis, quaque cenſibus dotandis: ita tamen vt etiam alij complures largas appli-

Digitized by Google

applicauerint manus. Cæterum & hominum incuria & temporum iniuria etiam huic loco non exigua illata clades, adeò vt periclitari magnoperè potuisset, ni duæ insignes loci huius columnæ tantam tempestatis vim validè sustentassent; nempè P. GERARDVS AGRICOLA, ac IOANNES MVLNERVS: quorum hic non ita pridem magno cum Prouinciæ istius luctu ac detrimento Visitator obijt. Cuius ope & industria ita hac tempestate fœlix ille *Angelorum hortus* efflorescit, vt quàm plurimis admirationi sit, ne dum imitationi. Habet enim viros nō pietate solùm, sed & eruditione celebres: è quibus vt cæteros quorum in *Bibliotheca Cartusiana* fit mentio omittam, inprimis occurrit P. SIMON VVEISSERVS; & quem ipse olim in spiritalis vitæ palæstra erudijt, D. ERHARDVS VVINHEIMIVS, *Agrippinensis* auctor *Sacrarij*. Floruit etiam illic olim R. D. VVALTHERVS, Diagorganensis, Episcopus 30. annis Bambergæ, & Herbipoli in Pontificalibus

Digitized by Google

Vicarius,familiæ quondam Dominicanæ ex professo Monachus: qui strictiori,quietiorique sese vitæ in senio dedens,CARTVSIANORVM illic institutum amplexus,quàm pientissimè in Domino obdormiuit.

4. MONS S.SALVATORIS apud Erfurtum, siue Erfordiam, non incelebre Thuringhiæ oppidum, Moguntino Archiepiscopo subiectũ. De cuius cœnobij initijs ita NICOLAVS SERARIVS Societatis IESV doctissim⁹ Theologus libro 5.*historiæ Mogũtinæ*, pag. 861. vbi de rebus gestis Ioannis XLIV. Archiepiscopi pertractans; *Anno*, inquit M.CCC.LXXII, *cæpit Erfurtensis Cartusia, prout in eius notatum peristylio. Cùm enim ad* auxilij montem, *de quo libro tertio, notatione 20. dixi, miraculorum quæ diuinitus ibi fiebant, caussa, concursus esset plurimus, plurimæque oblationes; harum pars tertia Sacerdoti, qui sacra curabat, constituta fuit. Ille verò magnis indè auctus diuitijs, amico cuidam suo* IOANNI * ORTINIS, *Dorlensi Præposito, viro pio, negotium*

* alij Ortonis.

gotium testamento dedit, vt in DEI *honorem, animæque suæ subsidium, ac salutem illas iste conferret. Bona igitur & Reuerendiss:mi Archiepiscopi, & Senatus Erfordiani veniâ decreuit, hic* CARTVSIANVM *ad Erfordiam cænobium erigere. Cumque de oportuno loco esset sollicitus, architectum, qui circumspiceret diligenter omnia, miserat. Huic verò astitit Iuuenis, qui locum vbi* CARTVSIA *nunc est, laudauit; simulque subitò euanuit. Atque hunc eâ elegantiâ & pulchritudine fuisse, adfirmabat architectus ille, vt alterius libenter oculi iacturam faceret, si eum iteratò semel duntaxat conspicari daretur. Fuit autem consecratum nouum hoc sacrum ædificium Anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto.* Hactenus Serarius. Porrò postquam Capitulo Generali zelus præfati IOANNIS ORTONIS denũciatus fuisset, misit ad eum Priores duos, qui constructã iam domum de manu fundatoris susciperent, nempè P. Ioannẽ Priorẽ Moguntinum, cum P. Henrico N. Priore in

Grunau, quibus in dotem adſignauit triginta circiter florenorum millia. Incorporata itaque fuit domus hæc Ordini, & ſpecioſo SALVATORIS titulo eam ob cauſſam inſignita, quod fundator plurimam pecuniam à Plebano Eccleſię *S. Saluatoris*, vti ſuperius ex SERARIO commemoratum, teſtamẽto conſecutus fuiſſet. Huius primi incolæ fuêre profeſſi aliquot Cartuſiæ *nouæ cellæ* in *Grunavv*: videlicet *Henricus Rochel* primus loci iſtius *Rector*: ſecundus, *Conradus* de *Offinghẽ* Procurator: tertius, *Hermannus* cognomento *Statuarius*. Quartus, *Hermannus* de *Suck* Vicarius. Quibus deinde & alij ſucceſſere; adeò vt etiamnum illic res monaſticæ, tam perſonarum multitudine quàm cellarũ amplitudine, non mediocriter floreant, licet Lutheranorum malitia plurima ſæpè damna, ac facultatũ ſuarum direptionem ſuſtinuerint.

5. DOMVS SANCTAE ELISABETH, apud *Iſenacum* Thuringiæ oppidum, primordia ſua debet Cartuſiæ Erfordienſi;

diensi;quæ licet iam ab hæreticis occupetur,habuit tamen olim viros eximiè doctos;vtpotè cui PRIOR aliquãdo præfuit IOANNES ab HAGEN de *Indagine*. Quo de auctor *Bibliothecæ Cartusianæ*.

6. CELLA B.MARIAE apud Norimbergam, diœcesis Bambergensis, fundatorem habuit *Marquardum Mendelium*. Cœnobium quondam opulentum ac præclarum fuit, nunc verò Prædicantium vxorcularũ ignobile domiciliũ. De cuius fundatione consule lib.6.chronici Dorlandi capite 20.

7. HORTVS CHRISTI, apud Noertlingam Sueuiæ oppidum, ab Illust. ac generosis Comitibus ab Oettingen fundata,liberaliterque dotata, ad peregrinorum manus deuoluta, tãdem Imperialis Cameræ sententia ac decreto Patribus Cartusianis anno M.D.XCIX.adiudicata est, nisi quod executioni eos oporteat insistere, atque ab iniustis possessionibus rem postliminio repetere.

Digitized by Google

8. AVLA B.MARIAE in Buxia apud Memmingam, Sueuiæ oppidum, diæcesis Augustanæ, Canonicorum Regularium olim domicilium extitit, ope verò fundatoris noui, *D. Henrici de Ellerbach*, Canonici Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ an. reparatæ salutis M.CCCC.IV. Cartusianis adsignatum, insigni ædificiorum splendore, nec nō & opum magnitudine etiamnum cæteris istius loci cœnobijs supereminet.

9. PONS B. MARIAE in Asthcim Franconiæ, seu Franciæ Orientalis pago, tribus milliaribus VVirceburgo dissita, fundationis sui exordia iure meritò debet D. *Erckingio à Svvartzenburch*, cuius familia nunc Comitis titulo virtutis ergò est insignita. Hic viuendi finem fecit an. M.CCCC.XXXVI. Plurima quidem monasterium hoc bello rustico incommoda sustinuit, verum industriâ ac vigilantiâ duorum insignium Prouinciæ istius Visitatorum D. Hauptij, ac D. Ludouici Hageri adeò vires recuperauit suas, vt tum structuræ magnificentia,

Digitized by Google

centia, tum rerum necessariarum copia, alijs admirationi sit. Huius quoque loci PRIOR olim fuit *Theodoritus Loerius*, Stratanus, vir de ordine suo quàm optimè meritus: qui obijt anno M.D.LV. die XXVI. Augusti.

10. DOMVS PASSIONIS CHRISTI apud *Legnitz* in Silesiæ Ducatu, fundata est per Illustrissimum Principem *Ludouicum*, Ducem Legnizensem & Brigensem, circa annum Christi M.CCCC. XXX. deducta nimirum recenti colonia ex Cartusia Erphordiana.

11. MONASTERIVM B. MARIAE, boni lapidis, Germanicè *Guitelstain*, apud Vrachium, Ducatus VVirtenbergensis, oppidum: fuit olim Præpositura Monachorum Benedictinorum, à Zvvifaldensi, Diœcesis Constantiensis Abbatia dependens. Sed *Ludovvicus* & *Vdalricus* VVirtenbergenses anno M. CCCC. XXXIX. eo loco CARTVSIANOS collocarũt; teste Casparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.

12. MONS S. IOANNIS BAPTISTAE in Vogelsberch, quem Lantgrauius Hassiæ in ditione sua anno M. CCCC XLII. construi curauit. De quo in Cartusiæ Erfordiensis Chronico hæc reperiuntur. *Sub* VIII. PRIORE *Erfordiẽsi* IOANNE *Rotlus Nimburgensi, monasterium quoddam Monialium in Hassia prodigaliter viuendo, interitui penè propinquum erat; vnde cùm præfato Priori id dono oblatum esset, is magna industria ac parcimonia tantum effecit, vt rebus omnibus ad amussim compositis, pristino tamen splendori restitueretur, Cartusianoque instituto accommodaretur*, licet nũc hæreticorum rabie ijsdem denuò sit ereptum.

12. HORTVS B. MARIAE in Illenbach olim arx, à nobili quodam viro *Balthazaro de Faer* circa annum Domini M. CCCC. LIV. Ordini oblata ac tenuiter nimis dotata, iam nunc si DEVS cœptis fauerit, largaque bonorum Patronorum manus adiuuerit, meliusculè habitura speratur. Est etenim loco accommodo, salubri, solitario,

tario, ac peramœno; quinque millia-ribus VVirceburgo diſtans, duobus verò ab Aſtheimenſi Cartuſia.

13. DOMVS B. MARIAE ANNVNCIATAE in Cõraetsburch apud Padebornam VVeſtphaliæ oppidum, in mõte S. Sixti: quæ iam ad annos aliquot habitatore caruit: tum quod loci iſtius Antiſtites nouiſſimis hiſce temporibus non vſque adeo rem monaſticam promouerint, tum quod ciues ab auitæ fidei ſinceritate deſciſcentes, Lutherani plerique eſſe maluerint, quã verè Catholici. Eam ob rem etiam factum, vt Ordo Cartuſienſis non magnoperè pro ſuæ recuperatione Domus hactenus laborauerit. Verum quãdoquidem iam annis aliquot Padebornenſi diœceſi præfuit Reuerẽd. *D. Theodoricus à Furſtenburch*, vir tam generis ſplendore illuſtris, quàm catholicæ religionis zelo inſigniter flagrans: qui non modò collapſa vetuſtate maiorum opera præclarè ibidem reſtituit, verum etiam extinctũ propè inter ſuos pietatis ſtudium re-

 ſtau-

Digitized by Google

ſtaurauit, haud quaquam dubium; quin ſi quis ex Ordine Cartuſienſi ad hanc rem idoneus, à Superioribus ablegaretur, voti fieret compos, hocque inſigne olim pietatis domicilium, à tã catholico benignoque Principe poſtliminio recuperaret.

14. Cœnobium TRANSFIGVRATIONIS IESV CHRISTI in Reinſchavv propè Zvvickavv in Miſnia, Saxoniæ Duces fundaſſe circa annum Domini M.CCCC.LXXVII. perhibentur. De quo tamen in annalibus Cartuſiæ Erphordienſis hæc ferè totidem verbis leguntur. *Sub* PRIORE XVIII. *Erphordienſi D. Iodoco Kriſtein viro eloquentiæ ſingularis, magnæque induſtriæ nouellis ſurculis cæptum eſt prouideri domui* Transfigurationis; *abductis ex Cartuſia Erphordiana quatuor religioſis. Ordini verò dicta domus, cooperante Domino Ottonio, Præpoſito Canonicorum Regularium, qui eam prius incoluêre, acceſſit. Ipſius enim, & ſuorum pari conſenſu effectum eſt, vt per Sedem Apoſtolicam Ordo Cartuſienſis ibidem erigeretur.*

15. Do-

15. DOMVS S. VITI apud Ratisbonam Bauariæ oppidum, de qua a VViguleius Hundius sua in *Metropoli Salsburgensi*, quæ anno 1582. Ingolstadij prodijt, contestatur, fuisse aliquando Benedictinorum Patrum domicilium. Quod *Gebhardus* huius nominis I. Ratisbonẽsium Antistes XIV. in fundo qui dicitur *Pruel*, à Monasterio S. Emmerani per legitimam permutationem recepto, anno nongentesimo nonagesimoseptimo ędificauit. Quod tamen anno Dom. M. CCCC. LXXXIV *Albertus* Boiariæ Dux, cognomento *sapiens*, eiectis ob vitæ dissolutionem, Benedictinis, CARTVSIANAE familiæ Patribus perpetuis temporibus incolendum, adsignauit. Qui etiãnum die noctuq; laudabiliter illic sub Venerabili Priore *D. Georgio Veselio*, Prouinciæ istius Conuisitatore diuinis officijs insistunt. Queis cum Serenissimus, ac modis omnibus religiosissimus Princeps, *Guilielmus*, senior Bauariæ Dux, ceu vnus de Cartusianorum grege, per integras

a pag. 63. & 272.

gras

gras interdum hebdomadas , ſolitarius commoratur . Eſt namque Monaſterium hoc ædificiorum ſplendore, ac tēpli ornatu , imò & altari ſumptuoſiſſimo, cum primis celebre.

CAPVT XIII.

PROVINCIA RHENI.

1. Monaſterium S. MICHAELIS , apud Moguntiam, Rheno flumini imminens, haud longè à florentiſſimo olim S. Albani cœnobio Benedictinorum , fundatorem laudat *Petrum*, LXXIX. Epiſcopum & XXXIX. Archiepiſcopum Moguntinum; qui an. 1320. viuere deſijt. Teſtem habeo Nic. Serarium, lib. 5. Hiſtoriæ Moguntinæ. Vide etiam chronicon Hirſaugienſe Ioannis Trithemij ad annum M.CCC. XXXIV.

2. Monaſterium S. ALBANI , extra muros vrbis Treuirorum , haud procul Moſella fluuio. Huius & Confluētini cœnobiorum fundator fuit *Balduinus* Archiepiſcopus Treuerenſis: de quo fusè Dorlandus, in chron. li. 6. cap.

Digitized by Google

cap.24.pag.356. & Trithemius, libro ſuperius citato ad annū M.CCC.XXXI.

3. CONFLVENTINVM S.BEATI cœnobium, in monte ſitū, Rhenum inter & Moſellam, haud longè à Confluentia, Moguntinæ ditionis opido, frequenti ciuium ad pias ſtationes cōcurſu ſingulis hebdomadibus frequētatur. Vide Petrum Cratepolium, in Catalogo Epiſcoporum Treuirenſiū, in Balduino Comite Lutzenburgēſi, quem dicit obijſſe a. M.CCCC.LXVIII.

4. Monaſterium S.BARBARAE, in vrbe Colonienſi, ann. 1338. *VValramus* Archiepiſcopus Colonienſ. fundauit, eo ferè loco, quo S.Seuerinus Epiſcopus epinicium Angelorum, animam S.Martini Túronenſis Antiſtitis è terris àd cęlos deducentium, audiuit: qui fundus hodieque *S.Martini ager* nūcupatur. Dotem poſtea auxêre viri cū pij, tum opulenti: de quibus ex alijs huc facientibus, fusè agit Erhardus VVinheimius in ſuo Sacrario Coloniæ Agrippinæ.

Colonienſiș porrò Cartuſia multos

tos insignes viros, optimè de Ecclesia libris etiam editis meritos protulit: in his *Henricum Calcariensem, VVernerum Roleuinckium*, *Petrum Blomevennam, Ioannem Iustum Lanspergium, Theodericum Loerium Strataeum, Laurentium Surium, Iacobum Mosandrum, Zachariam Lippeloium, Theodorum Petreium, Cornelium Grasium, Anthonium Dulkenium*, aliosque pietate iuxta ac eruditione præstantes.

5. MONS S. MARIAE, apud Argentoratum siue Strasburgum. Quod monasterium cùm Lutherani bello Argentoratensi, circa an. Dõ. M. D. XC. euertissent, monachi in vicino tractu Molshemiensi sedem collocarũt. De huius fundatione Dorlandus lib. 6. ca. 25. pag. 358. Coloniens. editionis.

6. MONS S. IOANNIS BAPT. apud Friburgum in Eluetijs.

7. BETHLEHEM B. MARIAE, in Ruremundensi Geldrorum vrbe, ad Mosam flu. Quod quidem cœnobium excitauit Gerard⁹ III. Geldriç Comes, qui cùm annis XXVII. præfuisset, anno

1229.

Digitized by Google

1229.obijt: Henrico Aquilio teste, in Geldriæ chronico.

Hoc in monasterio pijssimè vixit & obdormiuit *Dionysius Richelius*, Cartusiani cognomento per orbem notissimus: de quo nos in Elogijs Belgicis, & Antonius Posseuinus in apparatu sacro, Trithemius, Dorlandus, Sutor, & alij fusissimè.

Dorlādus l.b 6. Chronici. cap.-3 p. 355.

De monachis Carthusianis, à Guilielmi Nassouij, Arausiensium Principis militibus, pro Christo occisis, vide Theatrum crudelitatum hæreticorum nostri temporis, auctore *Richardo Verstegano*, Antuerpiæ editum. Et historiam Reuerendi Domini Patris *Arnoldi Hauensij*, Carthusiæ Gādensis PRIORIS dignissimi, editam Coloniæ apud Bernardum Gualtheri, anno 1608. in octauo.

8. DOMVS S. PAVLAE *porto montis* apud Bernam Heluetiorum oppidum, à fidei sinceritate hoc tempore alienum, atque ideò à CARTVSIANIS desertum.

9. VALLIS S. MARGARITAE in vrbe

Digitized by Google

vrbe Basileensi, quam circa annum Domini M.CCCC.VI. insigni prudentia ac pietate vir IACOBVS Zyebel, in in Senatu Basileensi Tribunus plebis, suis sumptibus, quæ amplissimæ profectò erant, construxit, ibidemque nō sine sanctitatis opinione diē clausit extremum. In qua insuper Cartusia plurimi quoque insignes viri, qui in Basileensi Concilio vitam cnm morte cōmutarunt, humati sunt. Visitur quidem illic integra adhuc structura, verum quæ laicorum hominum vsui potius quàm religiosorum deseruiat.

10. INSVLA REGINAE COELI, apud VVesaliam, diœcesis Coloniensis oppidum. Hæc Adolphum Cliuiæ Ducē fundatorem habuit. Verum ann. Domini 1588. solo adæquata, cultore caret: viuuntque religiosi in ipsa VVesaliensi vrbe, occupantes monasteriū Patrum Dominicanorum.

11. Domus S. SIXTI, in vico Putila, vulgo *Pettel*, in Lotharingiæ finibus, ad Mosellum fluuium apud *Sierick* oppidum. Quod quidem monasterium, bellis

bellis Gallicis pænè vastatum, R. P. *Hector San-vitanus*, Germanicę Visitator Prouinciæ, superioribus annis egregiè instaurandum curauit: necnon & Pater *Hugo, Meerhoutanus*, qui eum in Prioratu immediatè præcessit.

12. Domus COMPASSIONIS B. MARIAE, fundata est circa annum Dom. M.CCCC.LXXV. apud Iuliacum, in diœcesi Coloniensi: cuius fundatores sunt Duces Iuliæ, qui etiamnum eandem tutantur: ædificauit namque eam Guilielmus, Sextus loci istius Princeps.

13. CASTRVM B. MARIAE, apud Dulmaniam, Monasteriensis Diœcesis oppidum. Quod fundatorem agnoscit nobilem ac generosum virum *Gerardum Keppelium*, qui obijt circa annum Dom. 1488.

CAPVT XIV.

PROVINCIA SAXONIAE.

1. Domus GRATIAE DEI, apud Stetinum.

2. PARADISVS B. MARIAE, in Prussia,

Digitized by Google

ſia, quarto circiter lapide à Dantiſco.

3. CLAVSTRVM B. MARIAE, apud Hildeshemum, Epiſcopalem Saxoniæ Vrbem, quæ Domus iam Rhenanæ ſubiacet Prouinciæ.

4. Domus MISERICORDIAE DEI, apud Francofurtum, ad Oderam, quæ tamen à Cartuſianis modo non habitatur.

5. TEMPLVM B. MARIAE, apud Lubecam.

6. Domus LEGIS B. MARIAE, apud Roſtochium.

7. CORONA B. MARIAE, in Pomerania.

8. PAX DEI, apud *Schiuelbein* in noua Marchia.

9. PAX B. MARIAE, in regno Sueciæ.

CAPVT XV.

PROVINCIA LONGOBARDIAE.

1. Domus CASVLARVM, apud Genuam Ligurum caput.

2. VALLIS PISII.

3. MONS BENEDICTVS.

4. STO-

Digitized by Google

4. STOLA DEI, apud Parmam, vrbē ducatus titulo illuſtrem.

5. Monaſterium S. BARTHOLOMEI, apud Genuam Ligniæ metropolim.

6. MONS S. PETRI.

7. Domus MONTIS BRACHII.

8. Monaſterium S. AMBROSII, aliàs AGNI DEI, apud Mediolanum, Inſubriæ metropolim.

9. Monaſterium SS. PHILIPPI & IACOBI Apoſtolorũ apud Aſtam vrbem.

10. Monaſteriũ S. MARIAE DE GRATIA, apud Ticinum ſiue Papiam ducatus Mediolanenſis vrbem. De cuius initijs ac laudibus ita Stephanꝰ VVinandus Pighius, in Hercule ſuo Prodicio, à Plantinianis excuſo: *Eſt inter Mediolanum & Ticinum, cœnobium Cartuſianorum pulcherrimum, atque ampliſſimum. Cuius templum ex vario pretioſoq́; marmore à fundamentis excitatum, hiſtoriarum ſculptoris ac ſtatuis artificioſis exornatum à primâ fronte ingredientibus religionem incutit, & introgreſſos maieſtate quadam anguſta ſuſpenſos tenet; dum offe-*

runtur oculis tot picturæ, altaria & sacraria auro argentoq; ditissima, ædiculæ marmoreæ, monumẽtis pulcherrimis decoratæ. Condidit templum ac cœnobium Ioannes Galeatius Vicecomes, primus Insubrium Dux, atque locupletissimè dotauit. Cuius, in æde sacrâ, sumptuosissimum ex marmore sepulcrum, cum statua & imagine ad viuum facta visitur. Adiunctum in tabula marmorea litteris inauratis rerum ab ipso gestarũ elogium præclarum, ac lectu valdè dignum.

Sunt in hoc cœnobio multa pretiosa & rara Principũ donaria, Diuûm reliquiæ, & pulcherrima quæq; templi ornamenta. Ipsius monasterij ædificia sunt sumptuosissima, porticus milliariæ, pomaria amplissima cum luco, nosocomium item apparatissimum. Haud procul inde visuntur viuarij capacissimi septa, murus latericius, sed magnâ ex parte nunc dirutus & deiectus: qui millia passuum viginti in quadrum circumductus, concludebat arua, siluas & prata, feris enutriendis destinata. In quibus olim apri, cerui, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad

vena-

venatum continebantur. Auctor eius operis idem Ioannes Galeatius Dux fuit, qui cœnobium condidit. In iisdem septis castra sua metatus erat Franciscus I. Galliarum Rex, Ticinum obsidione premens, cùm à Caroli V. Imp. Ducibus, Lanoio & Borbonio victus, prælio caperetur, cum Rege Nauarra, & præcipuis Galliarum Principibus, anno post Christum natum 1525: Hactenus Pighius.

11. Monasterium S. TRINITATIS, apud Mantuam vrbem, Ducatus insignibus decoratam.

12. Domus S. MARIAE LAVRETANAE, apud Saonam, ditionis Genuensis opidum.

CAPVT XVI.

PROVINCIA TVSCIAE.

1. Domus S. MARIAE, apud Senas, vetus Hetruscorum oppidum.

2. Monasteriũ S. HIERONYMI, apud Bononiam. Petrus Sutor, lib. 2. de vita Cartusiana, tract. 3. cap. 2. videtur indicare, cœnobium istud fuisse exstructũ

à Ioanne Andrea, Iureconſulto ſcriptis editis notiſſimo.

3. Monaſterium S. PETRI DE PONTIGNIANO, apud Senas Etruriæ vrbem.

4. Monaſterium S. SPIRITVS, apud Lucam vrbem, Reipublicæ gloria ac libertate florentem.

5. Domus BELREGNARDI, apud Senas.

6. Monaſteriũ S. LAVRENTII, apud Florentiam, Etruriæ caput.

7. Domus MONTELLI.

8. VALLIS GRATIOSA CALCIENSIS, apud Piſas, vrbem Etruriæ, Diſciplinarum ſtudijs & Academia nobilem.

9. Monaſterium S. ANDREAE DE LITTORE, apud Venetias. Vide Dorlandi Chronicon, lib. 7. cap. 37.

10. Monaſterium SS. HIERONYMI & BERNARDI, apud Patauium, ſiue Paduam, ditionis hodie Venetæ opidum, ſtudijs præſertim Medicæ artis nobilitatum.

11. Monaſterium S. CHRISTOPHO-

RI, apud

RI, apud Ferrariã, de quo in Hercule Prodicio, pa.349. Fundatorem agnoſcit Borſum, Ateſtinum ſcilicet Marchionem, & Ferrariæ principem, qui obijt Anno M. CCCC. LXXI.

12. Domus S. MARCI, Vedanenſis.

CAPVT XVII.

PROVINCIA ROMANA, quam Longobardiæ remotioris vocant.

1. Monaſterium SS. STEPHANI ET BRVNONIS, in Calabria. Id ipſe B. BRVNO, Rogerij, Calabriæ & Siciliæ Comitis liberalitate adiutus, excitauit, ibidemque piè in Domino Anno M.C.I. obdormiuit.

Cæterùm poſt mortem beati Brunonis, vt in hiſtoria vitæ eius Surius commemorat, *in Cartuſianæ vitæ inſtituto perſeuerauit illud mon ſterium ſub quinque Prioribus, qui ei ſucceſſerunt, vſque ad tempora venerabilis* GVIGONIS *Prioris Cartuſiæ. Inde in Gallia creſcente ordine Cartuſienſi, ſo-*

lum illud Calabriæ monasterium à beati patris Brunonis feruore & sanctitate tepescendo, degenerauit. Et petebant quidem eius habitatores à Cartusia Visitatores & reformatores; sed nimia locorum intercapedo non facile id obtinebat. Itaq. ad Cisterciense institutũ illi se trãstulere, quod tum recens ortum, & incomparabilis viri B. Bernardi Abbatis Claræuallensis, insigni sanctitate, multoq; labore mirificè propagatum, in magno feruore durabat. Ad illud autem tempus in Carthusianæ religionis professione permanserat illud monasterium annos sexaginta. Sed Cisterciensi quoq; religione, successu temporis, ibi tepescente, tandem monasterium S. Brunonis factum est commendatitium, usq. ad sanctissimi Pontificis Leonis Decimi tempora.

Is Pontifex, cum multorum relatione de eximia B. Brunonis sanctitate crebrò audisset, indignum arbitratus est eum, quem præpotens Deus in hac vita tot auxisset donis & charismatibus, & nunc cælesti afficeret beatitudine, in-

ter-

terris non eximiâ laude & prædicatione efferri, nec debita piæ deuotionis officia persolui, apud thronũ diuinæ gloriæ quiescenti, cui dedisset Dominus cor ad præceptum & legem vitæ & disciplinæ. Itaq; non modò auctoritate Apostolicâ clementer annuit, sed etiam voluit, vt in singulis monasterijs totius ordinis Cartusiensis & earum Ecclesiis siue Sacellis, festum Sanctissimi Brunonis confessoris annis singulis, die 6. Octobris, quo decessit è vita, solenniter colatur, & congrua debitaq; deuotione celebretur; ipsius etiam corpus, atque memoria, dignam in Domino laudem habeat, ac venerationem: conueniẽs etiam officium in honore ipsius agatur & decantetur; necnon quotidiè in diuino officio de eo commemoratio fiat. Domum præterea S. Stephani, quam B. Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum eius corpus quiescit, idem Pontifex à Cistertiensibus ad Cartusianos reuocauit, anno salutis 1514. vt deinceps illic Cartusiano more & instituto viuatur; sicut & nunc viuitur. Hactenus ex Surio.

2. Monasteriũ S. BARTHOLOMAEI de Trisulto.

3. Do-

3. Domus S. LAVRENTII de Padula.
4. Domus S. MARTINI, apud Neapolim, regni Neapolitani metropolim. Quo de in Hercule Prodicio, pag. 349. Possidere dicitur triginta annui redditus ducatorum millia.
5. Monasterium S. IACOBI, in insula Caprensi.
6. Monasterium S. CRVCIS, in vrbe Roma: quod nunc ad thermas Diocletianas translatum, S. Maria de Angelis nuncupatur.

Quod PIVS IV. Pontifex Maximus magnificentissimè extruxit, addita inscriptione, quæ in arca suprema visitur:

Quod fuit idolum, nunc templum est Virginis, auctor
Est PIVS *ipse Pater, dæmones aufugite.*

Vide Laurentium Schraderum Halberstadiensem lib. 2. Monumentorum Italiæ, fol. 121. editionis Halberstadianæ; apud Iacobum Lucium Transyluanum, anno M. D. XCII. Est in hac Cartusia etiam monumentum Anthonij de Duca. Quin & Appendix B.

Pla-

Digitized by Google

Platinæ in vita Pij IV. loci huiusce meminit hisce verbis: PIVS *Papa IV. thermis Diocletianas vetustate corruptas, B. MARIAE Virgini, Dei matri, dedicatas, magnificentissimo templo in sacram ædem, & Cartusianorum cœnobium menstrua quingentorum aureorum solutione conuertit*. Cuius equidem loci etiam in Baronij Annalibus habetur mentio, anno nimirum Dom. CC. XCVIII. num. X. XVII. & XVIII.

7. VALLIS S. NICOLAI CLARIMONTANI.

Sunt & alia fortassis alibi huius instituti Cœnobia, nobis incognita, quæ vtinam Cartusiani ipsi plenius aliquando eruant; illustriora tamen quæque arbitror à nobis recensita.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA ORIG. CARTVS. *sic corrigantur.*

PAG.3.lin.17.Iesuatos.p.25.l.22. humilitatis.p.27.l.3. *deest*,cantum.p.28.l.11.desæuijt.pa.35.l.15. Vckhouium. p.38.l.9.comitijs. p.40.l.8. inaccessis.p.44.l.4.cui.Ibid.l.12.Bonfinius.pa.46.l.9.*deest*,ac.ibid.l.*lege*,etiamnum quàm. p.60.l.6.Stratanum. p.65.l.4. Liguriæ. ibid.l.22.sculpturis.pag.68.l.9. BELREGVARDI.p.72.l.15. ara.

Digitized by Google

ADMONITIO AD LECTOREM F. THEOD. PETREI.

MOnet hoc loco CARTVSIANAE Auctor BIBLIOTHECAE, ſurrepſiſſe ſibi vnum vel alterum μνημονικὸν ἁμάρτημα pag. 304. lin. vlt. in nomine FRANCISCI *de Puteo*. Non enim fuit is, qui in Concilio Baſileenſi (hoc namque ſecundum Onuphrij calculum cœptum eſt celebrari anno 1431. abſolutum verò eſt ann. 1442) decem ad Pontificatum habuiſſe ſuffragia legitur; vtpote qui vita functus longè pòſt obijt; nempe anno viceſimo primo poſt ſeſquimilleſimū. Sed intelligere voluit (ita enim in NOTIS ſuis ad Dorlandum pag. 89. exertè notauit) FRANCISCVM cognomento *Mareſme*, qui fuit XXVIII. Ordinis Generalis, præfuitq; ab anno 1437. vſque ad 1463. Tunc ſiquidem ad ſuperos migrauit.

Similiter & pag. 301. eiuſdem Bibliothecæ, lin. 10. pro CONFESSIONEM ſcribendū fuiſſet, DEMONSTRATIONEM : adeo in procliui eſt feſtinantem cæcos parere catulos.

Digitized by Google

Digitized by Google